

1340.

1238, marzo 31.

El cardenal Esteban, titular de Santa María in Trastevere, certifica que el procurador del obispo de Barcelona se ausentó de la curia Romana sin su permiso y sin contestar al libelo de la causa que vertía entre el prelado y el abad de San Cugat.

REGESTA : MAS, *Notes*, vi, 162 (n.º MCXCI). — KEHR, *Papsturkunden*, i, 62, donde dice que este documento y los números 1333-4 del Card. Sabinense fueron atribuídos al tiempo de Gregorio VII cancelando la fecha.

A. C. A., Cart, f. 389v, n.º 1136, y f. 428, n.º 1256. La fecha esta corregida en el folio 389v.

Stephanus, miseracione divina s. Marie in Transtiberim presbiter cardinalis, omnibus presentes literas inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum causa que vertitur inter venerabilem patrem B. Barchinonensem episcopum, ex una parte, et P. abbatem et conventum monasterii s. Cucuphatis, ex altera, super exempcione ipsius monasterii nobis esset a domino papa comissa, partibus diu in nostra presencia adinvicem altercantibus, nos post diem peremptorium B. de Pinellis, procuratori dicti episcopi, qui ab ipso habebat mandatum sufficiens ad agendum et deffendendum in causa ipsa a nobis assignatum, ut libello partis alterius responderet, quia respondere contumaciter recusabat, eidem procuratori sub pena excomunicacionis precepimus quod non recederet a curia sine licencia summi pontificis speciali, tali videlicet quod ipse dominus papa ne posset circunveniri ab ipso factum intelligeret et nos sciremus dictum procuratorem eius licenciam habuisse. Ipse vero procurator, dicens quod nec papa nec aliquis posset eum cogere respondere, huius nostra prohibicione contempta, absentavit se contumaciter a curia et recessit.

Unde nos ad faciendam omnibus de ipsius contumacia plenam fidem, hanc paginam scribi fecimus et eam mandavimus sigilli nostri munimine roborari.

Dat. Rome ii.º kal. apr., a.º Domini M[CC]XXXVIII.º pontificatus domini Gregorii anno duodecimo.

1341.

1238, mayo 19.

Guillermo de Crebai ofrece al Monasterio todos los honores que posee en la casa de Segur, en el término del Castillo de Cubelles.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 156 (n.º MCLXXIX).

A. C. A., Cart., f. 399, n.º 1158.

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus de Crebaino, bono animo ac gratuita voluntate, ob remedium anime... per me et meos, dono et concedo atque offero Domino Deo et venerabili monasterio s. Cucuphatis Vallensis et abbati et monachis atque omni conventui eiusdem loci, presenti et futuro omni tempore, in manu vestri Bertrandi de Serriano, monachi predicti monasterii, omnes honores, tenedones et possessiones ac iura michi pertinentes vel pertinentia aliqua voce et racione ut aliquo modo in domo de Segur, que est infra ter-

minum castri de Cubellis, et in omnibus terminis et pertinenciis predictae domus per cuncta loca, sine ulla diminutione. Hos quoque honores, tenedones et possessiones ac iura michi pertinentes et pertinentia in predicto vel de predicto loco de Segur, cum suis pertinenciis, extraho de meo meorumque posse et iure ac dominio et in posse et ius ac dominium antedicti monasterii eos et ea trado, transfero et transmitto, et cum presenti publico instrumento donationis, perpetuo valituro, cum introitibus et exitibus omnibusque suis pertinentiis ac iurisdictionibus meis, ad omnes voluntates abbatis et dicti monasterii faciendas, absque aliqua mea... dando etiam et cedendo abbati et monasterio sepe dicto totum locum meum et ius, rationes, vocesque et acciones meas, reales et personales, utiles et directas, sive mixtas, quibus dictum monasterium et abbatem possit super predictis honoribus uti in iudicio et extra, contra omnes personas, constituendo insuper dictum monasterium et abbatem procuratores et actores ut in rem propriam, ut melius dici... Renunciando quantum ad hec, omni cuilibet, iuri, divino et humano omnique alii que contra hec vel aliquid eorum predictorum inducere possem.

Actum est hoc xiiii.º kal. iun., a.º Domini MCCXXX.º octavo.

S+m Guillelmi de Crebeyno, predicti, qui hec concedo et firmo; S-l-m Guillelmi de Melione; S+m Petri Culerarii; S+m Bernardi, tinctorarii, testium huius rei.

S+m Poncii de Litrano, notarii, qui hoc scripsit precepto R. de Podio, clerici de Villafrancha.

1342,

1238, mayo 26.

Gregorio IX ordena al arzobispo electa de Tarragona, al obispo de Vich y al preboste de Tarragona que obliguen al obispo de Barcelona a pagar cien libras al abad de San Cugat por los gastos y perjuicios que el obispo le ocasiona, que el prelado en el término de dos meses conteste al pleito, pasados los cuales la causa pasará a la Curia Romana.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 164 (n.º MCXLV).

A. C. A., *Cart.*, f. 389, n.º 1137, y f. 428, n.º 1257.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, venerabilibus quondam Ylerdensi, in Terrachonen. archiepiscopum electo et. . Vincensi episcopis, et dilecto filio. . preposito Terrachonen., salutem et apostolicam benedictionem. Cum dudum ad nostram audienciam pervenisset quod venerabilis frater noster. . Barchinonensis episcopus, in monasterium s. Cucuphatis, ordinis s. Benedicti, que iuris et proprietatis apostolice sedis existit, in preiudicium ecclesie Romane indebitam sibi iurisdictionem usurpans ab. . abbate ipsius monasterii exhiberi sibi obedienciam et reverenciam pro libito faciebat, dilectis filiis. . Fontisfrigidi, Cisterciensis ordinis, Rivipollensi et. . s. Benedicti de Bagis, abbatibus, Narbonensis et Vicensis diocesis, dedimus nostris literis in mandatis, ut inquisita super hoc et cognita veritate, si esset ita, dictus episcopus, ut ab huiusmodi presumptione desisteret, monicione premissa, sublato appellacionis obstaculo, auctoritate nostra, compellerent, prout exigeret ordo

iuris. A quibus idem episcopus dicitur appellase pro eo quod, sicut asserit, ipsi cum diocesano suo similem causam habent et quod dicti monasterii existunt monachi ac etiam dictus s. Cucuphatis abbas erat ex diversis causis vinculo excommunicationis astrictus. Cumque iudices ipsi cause processum in modum inquisitionis habitum, ad nostram presenciam remisissent, et coram bone memorie, I. Sabinensis episcopo, quem dicto abbati s. Cucuphatis et B. de Pinnellis, procuratori eiusdem episcopi, super exempcionis causa sufficiens ad agendum et deffendendum mandatum habenti, constitutis in presencia nostra concessimus auditorem, fuerit hinc inde aliquandiu disceptatum, idem tandem auditor dictum procuratorem appellationi ab eodem episcopo interposite, cuius cause probate non fuerant dictis iudicibus, exceptiones super hoc propositas admittere non negantibus causa subterfugii inherentem, iusticia exigente, decrevit debere super principali procedere, appellatione huiusmodi non obstante, illum nomine dicti Barchinonensis episcopi quem constabat abbatem eundem per multas dilaciones frustratorias et appellationes frivolas fatigasse diu laboribus et expensis ipsi abbati ab eodem prius iuramento recepto et taxatione prehabita diligenti de mandato nostro in centum libris Turonensis monete pro expensis sentencialiter condempnando. Verum cum dilectus filius noster S. tituli s. Marie in Tanstiberim, presbiter cardinalis, quem, eodem Sabinensi episcopo interim sublato de medio, dictis partibus concessimus auditorem tam premissa quam ea que fuere hinc inde proposita coram eo nobis fideliter retulisset. Nos processum iudicum predictorum, iusticia exigente, cassavimus, cum intencionis nostre non fuerit, ut omisso iuris ordinis per inquisitionis modum procederetur in negotio memorato. Ceterum licet idem cardinalis de speciali mandato nostro procuratori precepisset eidem, ut responderet libello super exempcionis causa predicti abbatis parte porrecto sub pena excommunicationis, nichilominus inhibendo ne a curia sine mandato nostro recederet speciali, tamen idem temere, asserens se a nobis ad respondendum non posse compelli, absentavit se contumaciter a { curia } et recessit. Quare supradictus abbas incurrit dampna gravia et expensas, super quo sibi peccit apostolice sedis providencia subveniri. Nos igitur de ipsius procuratoris contumacia per cardinalem eundem sufficienter instructi, nolentes ipsum de huiusmodi contumacia gloriari, discrecioni vestre per appostolica scripta mandamus, quatinus eum iuxta taxationem vestram in expensis, quas propter eius contumaciam dictum abbatem per iuramentum suum in eadem causa vel ob eam vobis fecisse constiterit, condempnantes, tandem eidem abbati procuratoris ipsius proventus ecclesiasticos integre ministretis, donec sit ei de ipsis expensis plenarie satisfactum. Contradictores per censuram ecclesiasticam, apelacione postposita, compescendo. Supradictum vero Barchinonensem episcopum, ut eidem abbati supradictas centum libras, sine dilacione ac difficultate persolvat, monicione premissa, sublato appellationis obstaculo, auctoritate nostra cogatis, ac super exempcione monasterii ecclesiarum, clericorum et hominum eiusdem, vocatis qui fuerint evocandi et revocato in statum debitum quicquid in ipsius monasterii vel membrorum eius aut ab aliqua partium in alterius preiudicium post priorum iudicum citacionem emissam inveneritis temere attemptatum, ~~ad~~ causam et eam sufficienter instructam ad nostrum remitatis examen, prefigentes partibus terminum peremptorium competentem, quo nostro se conspecti representent iustam, auctore Domino, sententiam recepture. Et si forsitan me-

moratus episcopus litem, infra duos menses, noluerit contestari, mandetis eisdem ut in termino peremptorio prefigendo a vobis cum rationibus et munitis suis per procuratores ydoneos compareant coram nobis, ut prepositis diffugiis possint negocium secundum iuris ordinem terminari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint censura ecclesiastica, cessante appellacione, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur.

Date Lateran, septimo kal. iun., pontificatus nostri anno duodecimo.

1343.

1238, junio 22.

Guillermo de Lodger define a Bertrando de Sarriá la donación que Guillermo de Crebai hizo a San Cugat y a Gascón de Albornar.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 156-7 (n.º MCLXXX).

A. C. A., Cart., f. 400, n.º 1160.

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus de Lodgerio, per me et meos presentes et futuros, non seductus vel circumventus... dono concedo et diffinio vobis Bertrando de Serriano pro domo s. Cucuphatis Vallensis, ratione donacionis quam Guillelmus de Crebeyno fecit domui predictae s. Cucuphatis et Guasco de Albornario et vestris successoribus omni tempore, totum locum meum et ius, voces, rationes et acciones meas, reales et personales, utiles et directas, sive mixtas super illis cc morabetinis quos Sibilia, uxor mea olim dimisit michi in suo testamento, et super DCCC solidos quos ego asportavi eidem Sibilie de Segur uxorii mee, tempore nupciarum, et super toto mobili quod dicta uxor mea michi dimisit in testamento suo et super omnibus aliis iuribus meis michi competentibus vel competere debentibus in domo de Segur et suis pertinenciis et in omaibus aliis bonis que fuerunt dicte Sibilie, constituendo etiam vos procuratores in supradictis, ut in rem vestram propriam vobis a me datam et concessara; quibus accionibus et iuribus meis possitis uti in iudicio et extra, contra quamlibet personam, sicut ego poteram ante cessionem et donacionem istam uinquam domini de suis rebus. Item promitto vobis supradictis quod persolvam omnia debita que ego et dicta uxor mea Sibilia simul debemus christianis et iudeis quoquomodo, et custodiam vos indempnes exinde, obligando in hoc me et omnes res meas habitas et habendas.

Actum est hoc x.º kal. iul., a.º Domini MCCXXX.º octavo.

S + m Gilelmi de Lodgerio, qui hoc concedo et firmo; S + m Guillelmi de Crebeyno, qui hoc fimio; S + m Berengarii de Lodgerio; S + m Berengarii de s. Stephano, testium.

S + m Poncii de Litrano, notarii, qui hoc scripsit precepto R. de Podio, clerici de Villafrancha.

Sentencia promulgada por el veguer real B. de Jorba contra Guillermo de Santa Oliva sobre el castillo de Santa Oliva.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 157 (n.º MCLXXXI).

A. C. A., Cart., f. 395, n.º 1152.

In Dei nomine. Notum sit cunctis quod cum inter Guillelmum de Terratia nomine proprio et nomine uxoris sue domne Saurine, ex una parte, et Guillelmum de s. Oliva, ex altera, lis seu controversia moventur nos siquidem B. de Jorba, vicarius domini regis, sub P. de Montecathano, ex mandato et delegatione ipsius domni P. de Montecathano, causam illam coram nobis fecimus prout possumus agitari. Proposuit igitur coram nobis dictus Guillelmus de Terratia quod Guillelmus de s. OUva, furtive et de nocte cum, pluribus aliis servientibus, intraverat et occupaverat castrum de s. Oliva, quod ipse tenebat et possidebat hoc anno et in die feriato in die lune silicet post festum Pascatis, capiendo ibidem omnes res que ibidem erant et interfitiendo atque vuinorando homines illius loci et etiam cremaverat atque destruxerat totam villam ipsius castri et cremaverat in eodem castro multas domos, quod dampnum datum ibidem existimabat ultra DCCCCL morabetinos cum morte et plagis hominum, prout in quadam cedula ab eodem nobis porrecta denotabatur. Unde restitutionem predicti castri et ville ab eodem Guillelmo de s. Oliva sibi fieri petebat cum fructibus quos ipse Guillelmus de Terratia percipere potuerat inde vel homines sui et etiam esmendam tocius dampni illati sibi et hominibus cum pena dupli et estimationem predicti castri et ville, eo quia ipse G[uillelmus] de Terratia et homines sui predictum castrum et villam possidebant sub guidatico domini Regis, et ipse G. de s. Oliva predictum castrum et villam possidebant in treugua Dei, sibi et hominibus suis abstulit, et in hiis omnibus petebat sibi adversarium condempnari. Item in pena retentionis castri quia retinuit ipsum per xvi dies; et in pena unius hominis capti, quem retinuit per xvi dies; et in expensis, ab eodem et amicis suis factis pro recuperatione castri petebat sibi adversarium condempnari. Ad que pars Guillelmi de s. Oliva prima die noluit respondere, sed petiit sibi fieri copia libelli oblati et petiit sibi dari inducias deliberatorias, et in ipsa die concessa fuerunt sibi apud Villamrotundam ad viii dies apud Apifariam de Monteserrato et recepit libellum; ad quam diem non co[m]paruit nec per se nec per alium, sed G[uillelmus] de Terratia non comparuit, sed fuerunt ibi S. de Villafrancha et G[uillelmus] Rubei, advocati G[uillelmi] de Terratia, qui voluerunt ducere causam et cavere de rato: et assignata fuit secunda dies partibus apud Apifariam de Monteserrato in die iovis post festum Pentecostem apud Apifariam de Monteserrato. Ad quam diem comparuit pars Guillelmi de Terracia, sed G[uillelmus] de s. Oliva, non comparuit per se vel per alium, et assignata fuit tercia dies partibus, sed Guillelmus de s. Oliva peremptorie apud Valles, in campo Terrachone, ad quam diem non comparuit Guillelmus de s. Oliva, sed Guillelmus de Terratia comparuit et item assignata fuit eis alia dies, et Guillelmus de s. Oliva peremptoria ad quam non comparuit, sed Guillelmus de Terratia comparuit apud Apifariam et tercio assignata fuit eis dies et peremptoria G[uillelmo] de s. Oliva apud

Apifariam, ad quam non comparuit per se vel per alium, nec ad aliquem istorum dierum excusavit se iuste; et quarto assignata fuit dies peremptoria G[uillelmo] de s. Oliva, qui noluit comparere, sed Guillelmus de Terratia semper comparuit. Unde quia malitiis hominum non est indulgendum, nos predictus B. de Iorba, visis ac auditis rationibus et allegationibus Guillelmi de Terratia, viso instrumento bullato de guidatico dato ipsi Guillelmo a domino rege Iacobo, malitia G[uillelmi] de s. Oliva inspecta et cognita, habito prudentum consilio, assidente nobis B. Ortolano, inquisita rey veritate, prout melius potuimus, et cognita, Deum habendo pre oculis, et ut absentia ipsius Guillelmi de s. Oliva presentia Dei repleatur causa rey servande, Guillelmum de Terratia et uxorem ipsius donnam Saurinam per contumatiam. Guillelmi de s. Oliva in possessione castri de s. Oliva et in possessione omnium rerum quas ipse Guillelmus de s. Oliva habet vel aliquo loco habere debet, inducimus, et ipsum G[uillelmum] de s. Oliva eisdem G[uillelmo] de Terratia et uxori eiusdem in petitionibus contra ipsum appositis condemnamus contumaciter semper causa rei servande et in amissionibus quas Guillelmus de Terratia asseruit a se factis vel ab hominibus suis rerum suarum sacramentis ipsorum declarandis suo loco et tempore. Item contumaciter ipsum Guillelmum de s. Oliva eidem Guillelmo de Terratia et uxori eiusdem condemnamus in expensis circa hanc litem factis et in expensis ab eisdem factis vel ab amicis suis circa recuperationem castri et in pena castri retenti et in pena hominis capti et retenti per xvi dies sacramento ipsorum ipsorum declarandis.

Lata sententia iii.º mensis iulii, a; Domini Mccxxxviii.º.

S + m Berengarii de Iorba, vicarii domini regi, qui hoc iussit scribi et firmari; S + m Ferarii de Baiona; S + m Guillelmi de Castroblancho; S + m Petri de Tous; S + m Berengarii de Castro Adulino.

Ego B. Ortolanus, qui hanc sententiam, scripsit mandato vicarii predicti et hoc ss. feci.

1345.

1238, julio 10.

Inventario de las reliquias que trajo de Roma el abad de San Cugat Pedro de Amenys.

EDIT.: MAS, *Les reliquies del Monastir de Sant Cugat del Vallés*, Barcelona, 1908, REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 158 (n.º MCI.XXXII). — PERAY, *San Cugat*, 130. A. C. A., Cart., f. 397, n.º 1154.

Anno Domini MCCXXXVIII.º sexto idus iulii, venit domnus P. de Ameniis, abbas huius monasterii a curia Romana, et atulit secum reliquias plurimorum sanctorum, quorum nomina sunt inferius denotata.

In primis:

Sancti Abundancii et Habundancie.	Sancte Marii et Sancte Marthe.
Sancti Theodoli.	Sancti Ypoliti.
Sancte Viviana de Carbonibus.	Sancti Iusti.
Sancti Laurentii.	Sancti Simonis, apostoli.
Sancte Sophie.	De pannis Sancti Iohannis, evangeliste
Sancti Silvestri, pape.	Sancti Manni.

Frater R. dedit istas que sunt de ecclesia Sancte Agate:

Sanctorum Petri et Pauli, quas isdem frater R., de ordine fratrum minorum dedit in camera domini pape.	Sancti Laurentii, martiris. De ligno Sancte Crucis. Sancte Lucie, virginis.
Sancti Iohannis Bapliste.	Sanctorum Philippi de Iacobi.
De velo Sancte Agnetis.	Sancti Pantaleonis.

Presbiter Gauterus, ecclesie sancti Martini dedit istas inferiores:

De lapide sepulcri Dominici.	De porta aurea.
De lapide Montis Sinai.	De lapide templi Domini.
De lapide prisepis Domini.	

Angelus, presbiter, dedit istas in sancta Sanctorum:

Crux tincta de sanguine Christi cum duobus auri cornibus.	De sepulcro Domini. De lapide ubi apparuit dominus Moisi in monte.
Glans una ylicis Mambre, ubi apparuit dominus in figura Trinitatis.	De oleo Sancte Catherine, virginis.

Abbas s. Laurentii, extra muros, dedit istas inferiores:

Sancti Ipoliti et sociorum eius.	Sancti Romani.
----------------------------------	----------------

Domna Praxedis, que manet in ecclesia s. Praxedis, dedit istas:

Dentem Sancti Theodori.	Sancte Victorie, virginis.
Sancti Maximi, martiris.	Sancti Euticii, confessoris.
Sancti Marcelli, pape et martiris.	Sancti Limetii et sociorum eius.
Sancte Iustini, presbiteri et martiris.	Sancte Ursule, virginis et martiris.

Corardus, in camera domini pape, dedit istas:

Sancte Helisabeth.	Sancti Sebastiani et aliorum sanctorum.
--------------------	---

Oliverius, diaconus ecclesie s. Adriani de Urbe, bonus homo et humilis et bone vite, dedit istas inferiores, et qui invenit:

Sidrach Misach et Abdenago.

Tres parvos cum socio Paulo et alios multos martires et virgines tempore Honorii pape.

Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod ego Oliverius, licet indignus, diaconus ac venerabilis ecclesie s. Adriani de Urbe canonicus, ad petitionem P., Dei gratia abbatis s. Cucuphatis, martiris, fratrisque Helie, et ad honorem Dei et Domini nostri Iesuchristi et matris eius genitricis Marie omniumque sanctorum et salutis anime mee remedium, profiteor me dedisse dicto abbati atque fratri Helie, latoribus presencium, de sanctorum reliquiis plurimorum, quorum nomina inferius continentur, pro obtinenda meorum veni peccatorum, ut sic pro eis digne puniar in presenti quod eterne beatitudinis gloriam consequi valeam sempiternam, nullamque penam in futuro sentian purgatorii. In primis:

De Iesuchristi cunabulo et de sepulcri Domini lapide et de vestitibus Iesu-
christi, de vestitibus beate Marie, de lapide quo lapidatus fuit beatus Ste-
phanus.

Sancti Bartolomei, apostoli.	Sancti Iustini, presbiteri et martir.
Sancti Iacobi, apostoli.	Sancti Diodiri, presbiteri et martir.
Sancti Stephani, prothomartiris.	Sancti Maximi, martiris.
Sancti Laurencii, martiris.	Sancti Silvestri, pape confessoris.
Aaron, summi sacerdotis.	Sancte Marie Magdalene.
Sanctorum quatuor coranatorum.	Sancte Margarite, virginis et martir.
Sancti Ypoliti, martiris.	Sancte Petronille, virginis.
Sanctorum Marii et Marte, martirum.	Sancte Candide, virginis et martir.
Sancte Ylarie, cum filiis suis Iasonis et Mauri, martirum.	Sancte Victorie, virginis et martir.
Sancti Christofori, martir.	Beate Martine virginis et martir.
Sanctorum martirum Papie et Mauri.	Sancte Teodole, virginis et martir.
Sancti Hermetis, martir.	Sancte Viviane, Virginis et martir.
Sancti Agatonis, martir.	Sancte Fauste, virginis et martir.
Sanctorum Cosme et Damiani.	Sancte Laurentie, virginis et martir.
Sanctorum Nerei et Aquilei.	Sancte Saturnine, virginis et martir.
Sanctorum trium puerorum.	Sancte Elene.
Sanctorum Iohannis et Pauli.	Sanctorum undecim milia virginum et martirum.
Sancti Alexandri, pape et martir.	De velo beate Marie virginis.
Sancti Sixti, pape et martiris.	De Sancto Adriano.
Sancti Simetri, presbiteri et martir.	Sancti Equitii.
Sancti Pantaleonis, martir.	

*Apud sanctam Mariam Transtiberim Prior et conventus de mandato domni
Stephani, cardinalis, istas inferiores nobis dederunt.*

De pinguedine sancti Laurentii.	Sancti Cornelii, pape.
Sancti Bonifacii, martiris.	Sancte Rufine, virginis et martiris.
Sancte Mathie, apostoli.	Sancti Alexii, confessoris.
Sancti Calixti, pape et martiris.	

*Apud sanctum Prancracium dedit nobis abbas istas [in]feriores una cum
conventu eiusdem:*

Sancti Gloriosi, presbiteri et martiris.	Sancti Prancacii, martiris.
Sancte Theodore, virginis et martiris.	

Prior et conventus Sancti Iohannis de Insula nobis dederunt istas:

Sancte Nimphe, virginis et martiris.	Sancti Mamiliani, martiris.
--------------------------------------	-----------------------------

A pud Sanctum Bartholomeum de Insula istas habuimus:

De pulveribus Sancti Bartolomei, apostoli.	Sancti Paulini. Sanctorum martirum Marii et Marte, Audifac et Abacuc.
Sancti Alberti.	Sanctorum Marcelli, Exsuperancii.
Sancti Marcelli.	De baculo beati Pauli, apostoli.
Sancti Hermetis.	

Abbas s. Pauli et conventus nobis istas dederunt:

Sancti Sebastiani, martiris. Sancti Cesarii, confessoris.
Sancti Dionisii, Ariopagite.

Item frater R. ordinis fratrum Minonnn dedit nobis istas in quodam saculo rubeo:

Apostolorum Petri et Pauli. Sancte Marie Magdalene.
Sanctorum Philippi et Iacobi et aliorum multorum et alias multas famosissimas mixtas. De monumento Sancti Andree.

Idem frater R. in camera domini pape:

Sanctorum quatuor coronatorum, duas Sancti Alexandri, pape.
ligaturas. Sancti Bartolomei.
Sanctorum Felicissimi et Acapiti.

Item idem frater R.

Sancte Lucie, virginis. Sancti Blassi, martiris.
De ligno Domini. Sancti Pantaleonis.

Prior et conventus s. Petri, de mandato domni cardinalis n. d. is.

Sancti Laurentii. Sancti Sergii.
Sancti Cosmatis. Sanctorum Neref et Aquilei atque
Sancti Silvestri. Prancacii.
Sancti Blasii.

Prior et conventus s. Iohannis de Lateranno d. is.

Sancti Christofori. Sancti Barnabe, apostoli.
Sanctorum Fabiani et Sebastiani. Sancti Stephani, prothomartiris.
Sancte Bonefacii, martiris. Sancte Agnetis, virginis.
Sancti Alexii, confesoris.

Horum sanctorum reliquie sunt in Cruce minore.

De ligno Dominice Crucis Christi sanguine tincto. De ossibus Sanctorum Petri de Pauli, due ligature.
De vestibus Iesuchristi. De baculo Sancti Pauli, apostoli.
De vestibus beate virginis. Sanctorum Philippi et Iacobi, due ligature.
De cunabulo Iesuchristi. Sancti Simonis, apostoli.
De presepe Domini. Sancti Bartolomei, apostoli.
De velo beate virginis. Sancti Iacobi, apostoli de Gallicia.
De lapide Montis Sinai, due ligature. Sancti Mathie, apostoli.
De Sancto Aaron, sacerdotis primi. Sancti Barnabe, apostoli.
De ossibus Sancti Iohannis Babtiste. Sanctorum martirum.
De vestibus s. Iohannis, Evangeliste. Sancti Stepbani, prothomartiris.
De massa unde fuit plasmatus Adam.

Sancti Lamentii, due ligature.	Sancti Calixti, pape.
Sancti Dionisii.	<i>Sanctorum confessorum.</i>
Sanctorum Iohannis et Pauli.	Sancti Silvestri, pape confessoris.
Sancti Blasii.	Sancti Nicolai.
Sancti Pantaleonis.	Sancti Cesarii.
Sancti Sebastiani.	Sancti Alexi, confessoris.
Sancti Iusti, martiris.	<i>Sanctorum virginum et continencium.</i>
Sancti Adriatii, martiris.	Sancte Marie Magdalene.
Sanctorum quatuor coronatorum.	Sancte Agnetis, virginis.
Sanctorum Marii de Marthe.	Sancte Lucie.
Sancte Ipoliti.	Sancte Margarite.
Sanctorum trium puerorum.	Sancte Nimphe.
Sanctorum Nerei et Achilei.	Sancte Eusebie.
Sanctorum Cosme et Damiani.	Sancte Victorie.
Sancti Christofori, martiris.	Sancte Petronille.
Sanctorum Felicissimi et Acapiti.	Sancte Viviane.
Sancti Pancracii.	Sancte Martine.
Sancti Hermetis, martiris.	Sanctarum undecim milia virginum et martirum.
<i>Sanctorum confessorum et martirum.</i>	Sancte Helene.
Sancti Marcelli, pape et martiris.	De velo beate Agnetis.
Sancti Sixti, pape et martiris.	Sancte Theodore.
Sancti Alexandri, pape et martiris.	Sancte Rufine.
Sancti Bonifacii, pape et martir.	Sancte Victorie.
Sancti Cornelii, pape et martir.	

Item predictus P. de Ameniis, abbas istius monasterii, attulit in eodem tempore quoddam lignum Domini et quandam crucem argenteam, ubi sunt reliquie, sicut suprascriptum est, et duas canadellas argenteas desuper auratas, et duas computas, videlicet unam operis de Limoge et aliam Lambrici, et quandam casullam samiti rubei, cum auro trensato, et quemdam palleum optimum, aurotrensatum, et tres stolas scilicet, unam albam auro, et alias auro trensatas cum duobus manipulis.

1346.

1238, agosto 7.

Berenguer de Rubí define al Monasterio el derecho a un solar sito en el Prado de San Cugat.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 158 (n.º MCXXXIII). — PERAY, *San Cugat*, 130.
A. C. A., Cart., f. 420v, n.º 1237.

Sit notum cunctis quod ego Berengarius de Rivorubeo dono solvo atque diffinio vobis Petro, Dei gratia s. Cucuphatis abbati, et conventui vestro, totum ius quod habeo vel habere debeo in illo solo terre apud Pratum, iuxta domos vestre Pallicie, in quo de novi fecistis aream et basciam aque ab illo limite posito supradictam aream sicut descendit per torrentem iuxta dictam aream usque ad vestram pariliatam ex uno latere, et sicut a dicto limite ex

alio latere descendit per viam que venit de Canalibus et transit intra dictam aream et honorem quem tenet Berengarius de Fonte usque ad dicta pariliatam. Dictum vero solum terre vobis, dicto abbati et successoribus vestris, sicut terminatum est fexuriatum, solvo atque diff'nio... Renunciando quantum... iuri et consuetudini pro me in aliquo faciente.

Quod est actum vii.º idus aug., a.º Domini MCCXXXVIII.º

S+m Berengarii, predicti, qui hoc firmo et laudo et cõqncedo firmarique rogo; S+m Petri de Cutina; S+m Berengarii de Cleriana, testes huius rey; S+m Ferrarii Calopa, qui hoc ss. interposuit.

Petrus, sacerdos, comorans in ecclesia s. Petri Octaviani, qui hoc scripsit...

1347.

1238, septiembre 22.

Guillermo de Crebai da al Monastrio el alodio y feudo que posee en Capellades, algunos derechos que tiene en Claramunt, el molino de Romaguera, el diezmo de Costeges, etc.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 158-9 (n.º MCLXXXIV).
A. C. A., Cart., f. 401, n.º 1163.

Sit omnibus notum quod ego Guillelmus de Crebahi, sponte et mea liberalitate, non seductus in aliquo vel circumventus, atendens quod de bonis temporalibus ea sola perpetuo retinentur, que pro Christi nomine suis ministris et servientibus impenduntur, dono de presenti irrevocabiliter inter vivos et offero Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis, Vallensis, et vobis domno Petro, Dei gratia abbati eiusdem cenobii, totum alodium et feudum quod ego habeo et accipio in ortis de Costeges, et in pariliatis quas ibi laborant Raimundus de Cortey et Berengarius de Gilida vel sui, et molendinum de Romagera, cum suis lignariis, aquis, resclosis, glebariis, reggis, capud reggis, servitutibus, utensilibus et pertinentiis quod est donacionis Clarismontis. Hitaque omnia, cum introitibus et exitibus suis et omnibus ad hec pertinentibus et debentibus pertinere, et cum omnibus locis iuribus, vocibus et accionibus michi in hiis vel pro hiis competentibus vel competituris extraho de iure dominio et posse meo et meorum et in ius et dominium et posse dicti cenobii et vestri dicti abbatis et conventus eiusdem cenobii transfero irrevocabiliter. Inducens vos, cum hoc publico instrumento perpetuo valituro, in corporalem possessionem, pleno iure, tanquam in rem vestram propriam, ad habendum et semper... retinendo michi in vita mea tantum usumfructum omnium supradictorum. Salva vobis possessione civili. Tamen in signum vere tradicionis et in confirmacionem presentis donacionis promito vobis dare singulis annis unam quarteriam ordeï per tenedonem. Ne vero ego possim vel possit aliqua persona, nomine meo, unquam venire contra dictam donacionem et oblacionem vel aliqua de predictis in totum vel in partem in irritum revocare, renuncio quantum ad hec...

Actum est hoc x.º kal. oct, a.º Domini MCC.º tricesimo octavo.

S+m Guillelmi de Crebahi, qui hoc laudo et firmo; S+m Guillelmi Peliparii; S+m Amati de Grua, notarii; S+m Arnaldi de Bitulona; S+m Raimundi de Casalibus.

S+m Petri de Bages, notarii publici Barchinone, qui hec scribi fecit et clausit.

1348.

1238, octubre 21.

Bernardo de Sarriá hace donación al Monasterio de los mansos de Casanovas, y Costa, radicados en el castillo de La Vit y en Cesguñoles, respectivamente, y unas tierras sitas en "Gatsavines".

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 159 (n.º MCLXXXV).

A. C. A., Cart., f. 404, n.º 1185.

In Dei nomine sit omnibus notum quod ego Bernardus de Serriano, sponte et mera liberalitate non seductus in aliquo vel circumventus, atendens quod de bonis temporalibus ea sola perpetuo retinentur que pro Christi nomine suis ministris et servientibus inpenduntur, dono de presenti, irrevocabiliter inter vivos, et offero Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis Vallensis et vobis domino Petro, Dei gratia abbati eiusdem cenobii, duos mansos integriter, cum omnibus eorum tenedonibus et pertinenciis, quos per alodium franchum et liberum habeo et teneo de quibus est unus in termino castri de Vite, qui vocatur de Casisnavis, alter de Costa, in parrochia s. Salvatoris de Ceguniolis, et totam illam pariliatam cum omnibus suis pertinenciis que vocatur de Gatsavines, quam per alodium franchum et liberum habeo et teneo in termino castri s. Martini. Iam dictos itaque dos mansos et pariliatam, cum hominibus et feminis, montibus, planis, viis ductibus et reductibus aquarum questis toltis, forciis laxacionibus, invencionibus, intestacionibus, aggrariis, censibus, questis, toltis, porciis placitis, firmamentis, stabilimentis, stachamentis et ingressibus et egressibus eorum et pertinentiis, et cum omnibus locis, iuribus, vocibujs et accionibus, michi in hiis vel pro hiis competentibus vel competituris, extraho de iure, dominio et posse meo et meorum et in ius et dominium et posse dicti cenobii et vestri dicti abbatis et conventus eiusdem cenobii per franchum et liberum alodium mito et transfero irrevocabiliter. Inducens vos, cum hoc presenti publico instrumento perpetuo valituro, in corporalem possessionem pleno iure tanquam in rem vestram propriam... Ne vero ego possim vel possit aliqua persona, nomine meo, unquam venire contra dictam donacionem et oblationem vel aliqua de predictis in totum vel in partem in irritum revocare, renuncio... omni iuri et rationi ac consuetudini contra hec repugnantibus. Verum cum habitum religionis in dicto cenobio accipere voluero, dictum cenobium et conventus teneantur michi tradere ibi dictum habitum et habere victum et vestitum, sicut alios monachos eiusdem cenobii. Ad hec nos Petrus, Dei gratia eiusdem cenobii s. Cucuphatis abbas, et conventus, damus, cum hoc presenti publico instrumento, tibi dicto Bernardo de Serriano, tamdiu dum vita tibi comes fuerit omnes nostros exitus, redditus hac proventus omnium rerum quos habemus et accipimus in omnibus honoribus qui per nos et eundem cenobium tenentur in tota parrochia s. Stephani de Ruviris, que est in termino Castriveteris et illud censualem duorum solidorum Barchinonensium quod Arnaldus de Plicamanibus nobis et dicto cenobio dare tenetur prodomibus quas per nos tenet in villa Martorelli, que est in dicto termino Castriveteris. Iam dictos itaque exitus, redditus ac proventus, cum dicto censu, ut habeas, teneas, possideas et expletes, salve secure et potenter sine vinculo et contradictu nostri et predicti monasterii, ut melius dici...; post autem obitum tuum predicta

et singula cedant in dominio dicti cenobii et nostrum ad predicti conventus. Si quo autem iure, ratione vel consuetudine possemus contra predicta venire... illi... renunciamus.

Actum est hoc xii.º kal. nov., a.º Domini MCCXXX.º octavo.

S + m Bernardi de Serriano, qui hoc laudo et firmo; S + m ego frater Petrus, Dei gratia s. Cucuphatis abbas, ss.; Ego Petrus de s. Vincencio, prior et sacrista s. Cucuphatis, ss.; Ego Raimundus Castelli, prior s. Marie de s. Oliva, ss.; Ego frater Raimundus de Castelar, monachus, ss.; S + m Raimundi, monachi; Ego frater Guillelmus, monachus, ss.; S + m Raimundus de Casalibus; S + m Guillelmi Pelliparii.

S + m Amati de Grua, notarii Barchinone, qui hoc scripsit in scribania Petri de Bagis, notarii, cum lit. appositis in lin. iiii...

1349.

1238, noviembre 18.

Guillermo de "Crebeyno" ofrece al abad de San Cugat el derecho de patronato de la iglesia de Santa Maria de Segur.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 160 (n.º MCLXXXVII).

A. C. A., Cart., f. 400, n.º 1159.

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus de Crebeyno, bono animo... dono et concedo atque offero Domino Deo et vobis domno P., Dei gratia abbati s. Cucuphatis Vallensis, et monasterio ac conventui vestro, in perpetuum, totum meum ius patronatus que habeo vel habere debeo in ecclesia s. Marie de Segur et in omnibus pertinenciis suis, hoc quod ius meum patronatus ecclesie prelocute vobis dono et concedo atque offero, ut melius michi pertinet vel pertinere potest aut debet aliquo modo, aliqua causa sive ratione, extrahendo illud de meo meorumque posse et in vestrum vestrorumque successorum posse illud trado transfero et transmito et in corporalem illius possessionem vos introduco et mito cum hoc presenti publico instrumento donacionis perpetuo valituro ad omnes vestras voluntates... faciendas... absque ulla... inquietatione, revocatione et exceptione, dando et cedendo vobis... totum locum meum et ius, rationes vocesque et acciones meas reales et personales, utiles et directas, sive mixtas, quibus possitis uti in iudicio et extra... constituendo etiam vos procuratores et actores et speciales proprietarios...

Actum est hoc xmi.º kal. dec., a.º Domini MCCXXX.º octavo.

S + m Guillelmi de Crebeyno, qui hec concedo et firmo; S + m Petri de Cudina; s + m Ferrarii de Sperone; S + m Guillelmi de na Cuia, testium huius rei.

S + m Poncii de Litrano, notarii, in Arbucio, qui hec scripsit.

1350.

1238, noviembre 18.

Guillermo de Crebai ofrece al Monasterio el molino de Romeguera, el diezmo de Capellades, y de unas tierras y un huerto.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 159-60 (n.º MCI.XXXVI).

A. C. A., Cart., f. 401, n.º 1162.

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus de Crebeyno, non seductus vel circumventus, non vi aut metu compulsus nec per errorem aut dolum inductus, set gratis et ex certa sciencia... facio Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis Vallensis et vobis domno P., Dei gratia, abbati eiusdem loci et toti conventui presenti et futuro omni tempore, donacionem et oblacionem inter vivos pure francam, scilicet de omni illi molendino meo de Capellatis cum omnibus suis pertinenciis quod vocatur molendinum de Romegera, quod est inter molendinum Iohannis Vitale et molendinum de Salce et etiam de omni illo decimo meo de Capellatis, sicut melius habeo vel habere debeo, voce aliqua et racione ulla, subtus rocham scilicet de Capellon usque ad rigum et sicut aqua vadit ad molendina et usque in rivum aque de Anoya. Item facio similiter donacionem vobis predictis de omni illo decimo meo illarum duarum pariliatarum Berengarii de Gelida et Raimundi de Cortey et de decimo illorum ortorum qui coniuncti sunt cum prenominitis pariliatis. Hec quidem omnia predicta et singula dono et concedo sive offero bona voluntate et puro corde Domino Deo et vobis domno P. dicto abbati s. Cucuphatis et monasterio vestro ac conventui eiusdem loci omni tempore, ita quod ea semper... ex mea donacione et oblacione, cum introitibus et exitibus omnibusque suis pertinenciis, extrahendo ea omnia predicta et singula de meo meorumque iure et posse ac dominium illa trado transfero et transmuto et in corporalem illorum omnium predictorum possessionem vos introducimus et mitimus cum hoc presenti instrumento donacionis sive oblacionis perpetuo valituro ad omnes vestras... Constituendo insuper super omnibus predictis et singulis vos et monasterium vestrum procuratores et actores, ut in rem vestram et speciales proprietarios, ut melius dici... Retineo etiam michi usufructuario iure in predicta donacione omnes fructus eiusdem omnibus diebus vite mee. Post obitum vero meum statim sine ullo impedimento, tota proprietates huius donacionis vobis remaneat et consolidetur, ita quod totam proprietatem donacionis habemus cum omnibus fructibus semper in pace... Et ut hec donacio sive oblacio mayorem obtineat firmitatem de fructibus huius donacioni singulis annis in festo s. Petri et Felicis unam quart[er]iam ordeï accipiat per censum et tenedonem huius donacionis usque ad obitum meum.

Actum est hoc xiii.º kal. dec., a. Domini MCCXXX.º octavo.

S + m Guillelmi de Crebeyno, qui hec concedo et firmo; S + m Petri de Cudina; S + m Ferrarii de Sperone; S + m Guillelmi de na Guia, testium.

S + m Poncii de Litrano, notarii in Arbucio, qui hec scripsit cum lit. supra positis in iiii. lin. ubi dicitur "et oblacionem".

1351.

1238, noviembre 27.

El baile real Bernardo de Corts entrega a Bertrán de Sarriá, preposito de San Cugat, la posesión del "locidum" de Castellet, que le disputaba Arnaldo "Faber".

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 160 (n.º MCLXXXVIII).

A. C. A., Cart., f. 405, n.º 1179.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus de Curtibus, baiulus domini regis in Apiaria, audivi causam et petitionem que vertebatur inter Bertrandum de Serriano, prepositum s. Cucuphatis in Penitensi, agentem ex una parte, et ex alia parte Arnaldum Fabrum de Apiera, scilicet super omne locidum de Castelleto, sicuti tenet et est de alaudio s. Cucuphatis in posse Raimundi de Plicamanibus, tenens locum domini regis in Apiaria. Et ipse Raimundus de Plicamanibus assignavit inter eos diem sepe et sepius et dies placiti quibus fuerunt ambo presentes. Set Arnaldus Faber noluit firmare directum, nec pignora reiterare, nec ius facere, nec causam producere. Igitur ego Bernardus de Curtibus, baiulus domini regis in Apiaria, precepto et mandato Raimundi de Plicamanibus, propter contumaciam et maliciam que in ipso Arnaldo Fabro invenit, intromitote, Bertrandum de Serriano, racione predictæ domus s. Cucuphatis, in possessione predicti locidi tenendi, habendi et expletandi...

Actum est hoc v.º kal. dec. a.º MCCXXX.º octavo.

S+m Bernardi de Curtibus, baiulus domini regis in Apiaria, ex parte eius hoc firmo; S+m Berengarii de Falchubus; S+m Iohannis de Manso; S+m A. de Garricis.

S+m Bernardi Rubey, notarii domini regis in Apiaria qui hoc scripsit...

1352.

1239,

enero 29.

Guillermo de Cervelló aprueba y confirma al Monasterio los honores y "albergas" del castillo de Masquefa y de la fortaleza de Matoses, con los otros honores y tierras que habían dado al cenobio sus antecesores Gerardo Alamany y su esposa Saurina y Guillermo de Cervelló.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 155 (n.º MCLXXVII).

A. C. A., Cart., f. 402, n.º 1243.

Sit omnibus manifestum tam presentibus quam futuris, quod ego Guillelmus de Cervilione, ob remedium anime mee omniumque parentum meorum, laudo concedo atque confirmo Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis et domno Petro, eiusdem loci abbati, suisque monachis, in perpetuum, cum hoc publico instrumento perpetuo valituro omnes illos honores et albergas castri de Mascheffa et ipsius fortitudinis de Matosis et castri de Cervilione et in aliis locis quos Geraldus Alamanni et uxor sua Saurina et Guillelmus de Cervilione quondam predecessores mei, predicto cenobio s. Cucuphatis dederunt et definiunt. Quos dictos honores et albergas castri de Mascheffa et fortitudinis

de Matosis et mansum de Pariliata, qui est in termino castri de Cervilione et alios honores, qui sint in diversis locis, quos sepedicti predecessores mei Geraldus Alamanni et uxor sua Saurina et Guillelmus de Cervilione unquam dicto cenobio dederunt, laudo, reddo, solvo, concedo atque confirmo vobis dompno Petro, abbati s. Cucuphatis, vestrisque monachis dicti cenobii submissis omni tempore, ad habendum... Iterum siquidem aliquid iuris, domini et potestatis in predictis honoribus habeo vel habere debeo, totum illud ius dominium et posse vobis et dicto cenobio trado, diffinio atque solvo...

Actum est hoc *iiii.*° kal. febr., a.° Domini MCCXXXVIII.°

S + m Guillelmi de Cervilione, qui hec predicta concedendo laudo et firmo; S + m Ferrarii de Vilanova; S+m Arnaldi de Oetina; S+m Bernardi de Cleriana; S+m Berengarii de Olorda; S+m Bernardi de Canalibus, testes huius rey; S + m Bernardi de Turello, diachoni, notari publici s. Cucuphatis Vallensis, qui hoc scripsit cum litt. suprapositis in *iii* et *iiii* linea ubi dicitur "et albergas" et rasis et emendatis in dicta *iiu* lin. ubi, dicitur "quondam" et in ultima rasis et emendatis...

1353.

1239, marzo 15.

Dulce, viuda de Guillermo Felipe, dona al Monasterio la parte que le pertenece de las casas de Villafranca que fueron de su esposo y unas tierras sitas en las "Forchas sive Clotas".

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 145-6 (n.° MCLXXVIII).

A. C. A., Cart., f. 408v, n.° 1189.

Notum sit cunctis quod ego Dulcia, uxor qd. Guillelmi Feliu, titulo donacionis inter vivos, per me et meos, dono et offero Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis Vallensis et rectoribus suis omni tempore totam illam partem meam et ius quod habeo vel habere debeo in omnibus illis domibus que fuerunt qd. dicti viri mei Guillelmi et mei, que domus sunt in Villafranca. Item facio dicto monasterio et rectoribus suis omni tempore donacionem de duabus peciis terre, quas habeo et teneo in quadra Villaefranche in loco qui vocatur ad Clotas sives ad Forchas. Predicta, siquidem omnia et singula, dono et offero Domino Deo et dicto monasterio et successoribus suis, in perpetuum, totum ius meum et locum vocesque acciones quod vel quas habeo vel habere debeo in omnibus supradictis domibus et in dicta pecia terre et in pertinenciis suis. Que omnia extraho de meo posse et dominio et in posse dominio atque potestate dicti monasterii et successorum suorum ea trado transfero et transmuto et in possessionem illarum rerum introduco et mito dictos successores cum hoc instrumento publico eis et dicto monasterio perpetuo valituro ad habendum... Hanc autem donacionem et concessionem facio, absque aliquo meo meorumque retentu et vinculo. Et quantum ad hec, renuncio omni beneficio nove constitutionis et iuri et rationi quod contra hanc donacionem aliquo modo intentare possum atque doli.

Actum est hoc idus marcii, a.° Domini MCCXXX.° octavo.

S + m Dulcie, predicte, que hec concedo et firmo atque laudo; S+m Guillelmi de Libeto; S+m Bernardi de Serriano, testium huius rei.

S + m Berengarii Iacobi, notarii, qui scripsit mandato R. de Podio, clerici de Villafrancha cum literis rasis et emendatis in iiii lin. ubi dicitur "duabus pa-ciis terre".

1354.

1239, abril 4.

Amigable composición firmada por el abad y Juan de Magerova, en virtud de la cual este último define al Monasterio el manso de Boquer y recibe del abad 60 sueldos.

REGESTA: MAS. *Notes*, vi, 163 (n.º MCXCII). — MIRET, *Escolares*, 146.
A. C. A., Cart., f. 409, n.º 1192.

Cum esset contencio inter domnum Petrum, abbatem s. Cucuphatis, ex una parte, et Iohannem de Magerova, ex altera, super manso Bocherio, quem dictus abbas ab eodem petebat; tandem ad amicabilem compositionem in posse Bernardi de Fonte Amancio in hunc modum devenerunt, scilicet quod Iohannes de Magerova diffiniat dictum mansum Bocher et totum ius quod in eo domino abbati s. Cucuphatis et monasterio eiusdem et dominus abbas donet dicto Iohanni sexaginta solidos. Unde ego dictus Iohannes de Magerova laudando supradictam compositionem solvo atque diffinio vobis domino Petro, Dei gracia abbati s. Cucuphatis et conventui vestro omni tempore, totum ius quod habeo in dicto Manso Bocherio, quem per vos teneo et eum stabilivi Arnaldo de Opera, sicut in instrumentis inde confectis melius continetur sic quod Arnaldus de Opera vobis et successoribus vestris decetero de dictis honoribus respondeat, sicuti michi et meis respondere tenebatur; et recognosco me a vobis.... recepine LX solidos pro omni iure quod habeo in dicto manso Bocherio, renunciando omni excepcioni non numerate pecunie.

Actum est hoc iii.º nonas aprilis, a.º Domini Mccxxxviii.⁰

S + m Iohannes de Magerova, qui hec laudo et firmo; S + m Eimerici de Cerdayola; S + m Guillelmi de Fayo; S + m Iohannis Poncii, testium huius rei; S + m Bernardi de Fonte Amancio.

S+m Bernardi de Turello, diachoni, notarii publici s. Cucuphatis Vallensis, qui hoc scripsit cum lit. suprapositis lin. ii ubi dicitur "ad"...

1355.

1239, abril 13.

Juan de Magerova reconoce que posee por el Monasterio el manso "Sorcha", el honor de Ferigola, por los cuales paga el censo de 21 sueldos.

REGESTA: MAS. *Notes*, vi, 163 (n.º mcxciii).
A. C. A., Cart., f. 409, n.º 1193.

Sit omnibus notum quod ego Iohannes de Magerova recognosco vobis domino Petro, Dei gratia s. Cucuphatis, abbati, et conventui vestro quod pro vobis teneo mansum Scorcha et honorem de Ferigola et omnes alios honores quos

ubicumque habeo, preter mansum de Montecatano, et recognosco quod in dicto manso Scorcha debeo esse vester habitans et successores mei et facio pro dictis honoribus vobis censum xxi de monete quaternalis, quos facio in adiutorium ad mansum de Magerova pro morabetino censuali sive albergali, quem vos pro manso de Magerova et pro dictis honoribus quos pro vobis teneo pro hereditate sive legitima sua de manso de Magerova.

Actum est hoc idus aprilis, a.º Domini MCCXXXVIII.º

S + m Iohannis de Magerova, qui hec laudo et firmo; S + m Eimerici de Cerdaniola; s + m Iohannis Poncii; S + m Guillelmi de Fayó, testium huius rei.

S + m Bernardi de Turello, diachoni, notarii publici s. Cucuphatis Valensis...

1356.

1239, abril 25.

Berenguer de Puculul, con sus hijos y sucesores, se pone bajo la salvaguarda del Monasterio con su casa y las tierras anejas, pagando como censo, por Navidad, seis dineros.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 163-4 (n.º MCXCIV). — HINOJOSA, *El régimen*, 129, nota i. A. C. A., Cart., f. 409, n.º 1191.

Sit omnibus notum quod ego Berengarius Puculluli cum consilio et voluntate filiorum meorum, Raimundi et Bernardi, mito et pono me et meos filios et successores in posse et dominio custodia et defensione vestri dompni Petri, Dei gratia s. Cucuphatis abbatis, et conventus eiusdem loci et successorum, vestrorum, in perpetuo, et dono vobis et successoribus vestris dominium domorum mearum in quibus sto, et cuiusdam pecie terre in qua sedent dicte domus quam ego habeo pro alodio. Quas domos et peciam terre teneo ego et successores mei post me pro cenobio s. Cucuphatis omni tempore et donemus semper ego et successores mei pro censu dictarum domorum et pecie terre annuatim in Natale Domini sex denarios istius monete dicto cenobio s. Cucuphatis et nichil aliud. Tamen ego et successores mei post me simus in dictis domibus vestri solidi habitantes reclamantes vos iam dictos et successores vestros omni tempore nostros dominos et maiores. Hanc vero donacionem et subieccionem vobis taliter facio quod vos defendatis et manuteneatis me et filios et successores meos ab hominibus omnibus et nullus de persona mei meorumque successorum personaliter vel realiter accipiat fir + ma + mentum nisi sit monachus monasterii s. Cucuphatis, ita quod ego vel successores mei non teneamur directum firmare in posse baiulorum vestrorum, nisi in posse alicuius monachi s. Cucuphatis, ut superius dictum est.

Actum est hoc vii.º kal. may., a.º Domini MCCXXX.º nono.

S + m Berengarii Puculluli; S + m Raimundi; S + m Bernardi, filiorum eius, qui hec laudamus et firmamus; S + m Ferrarii de Ruvira; S + m Guillelmi Capriti; S + m Raimundi de Garriga, testium huius rei.

S + m Bernardi de Turello, diachoni, notarii publici s. Cucuphatis Valensis...

1357.

1239, agosto 25.

Ramón de Soler y su esposa dan al Monasterio la parte de la casa de Ariol que por ellos poseía Guillermo de Crebai, el derecho que tienen en el molino de Romeguera y el diezmo de Capellades, por 21 maravedises de oro.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 165 (n.º MCXCVI).

A. C. A., Cart., f. 400, n.º 1161.

Sit notum cunctis quod nos Raimundus de Sol[re]rio, et uxor mea Saura, non coacto... per nos et omnes heredes et successores nostros damus ac concedimus in presenti vobis domno Petro, Dei gratia s. Cucuphatis abbati, et omni conventui eiusdem domus et successoribus vestris in perpetuum, titulo donacionis inter vivos, totam partem illam quam Petrus de Crebay habebat et tenebat in casal de Ariol pro nobis. Quam partem Guillelmus de Crebay emit ab ipso Petro de Crebay, sic damus et cedimus vobis et vestris in predicta parte mansi et totum ius et dominio et proprietatem quam habemus et habere debemus alio aliquo modo, videlicet in toto molendiuo de Rumegaria, quod est in alodio vestro de Capellatis, et in suo termino. Et etiam damus atque concedimus vobis et successoribus vestris in perpetuo totum decimum sub rupe de Capellatis et de Capello usque ad fitam de Gaval, sicut Guillelmus de Crebay pro nobis tenebat et habebat et possidere debebat aliquo modo, tam racione patris ac matris eius quam etiam racione Petri de Crebay. Que omnia supradicta et singula prenomina vobis et successoribus vestris in perpetuo sine aliqua retencione nostra et nostrorum, titulo donacionis inter vivos, damus, concedimus et laudamus cum omni iure et dominio et proprietate quod in predictis et singulis habemus et habere debemus prout melius... cum omnibus nostris iuribus vocibus et accionibus, tam realibus quam etiam personalibus quecumque nobis competunt aut debent vel competere possunt ad omnes vestras... Et sic de nostro iure in dominio et proprietate abstraimus et in ius et dominium vestrum et vestrorum omnia predicta et singula vobis tradimus et in corporalem possessionem vos inde mitimus et introducimus cum hoc publico instrumento perpetuo valituro. Et nos et omnes heredes et successores et legatari nostri erimus inde semper vobis et vestris auctores et deffensores contra omnes personas in iure et extra ius firmando inde directum et ipsam causam exequendo et sententia inde audiencio statim cum aliquis vos vel vestros successores inde convenerint nostris propriis sumptibus et expensis, et de eviccionem quilibet nostrum insolidum nos et omnia bona nostra mobilia et inmobilia vobis et vestris perpetuo obligamus quantum ad predictum ius et dominacionem et proprietatem de predicta parte mansi de Ariol, quem vobis superius vobis damus et concedimus; et quantum ad hec, uterque nostrum renunciantes ambo omni iuri novo et vesteri scripto et non scripto et omni auxilio et beneficio legis et consuetudinis et constitutionis facte et faciende et doli clause et circumvencionis et specialiter, ego Raimundus de Sol[er]io promito de omnibus predictis et singulis teneri de eviccionem cum omnibus bonis meis habitis et habendis. Accipimus namque a vobis, pro hac donacione laudacione et concessione, viginti et unum morabetinos boni aurei amfussini, quos accepi a manu Bertrandi de Serriano, procuratoris s. Cucuphatis de quibus a

vobis bene sumus peccati, et ideo renunciamus omni excepcioni nobis in hoc competentibus vel unquam competituris et omni iuri novo et veteri scripto et non scripto et omni auxilio et beneficio legis et consuetudinis * et constitutionis * facte et faciende et duli clausule et circunventionis et privilegio civili fori et militari. Et ad mayorem vestri firmitatem, ego predicta Saura renuncio privilegio sexus et discrecionis et minoris estatis et potestati mariti et excepcioni ex edicto "qui metus causa iuris et facti ignorancie" et beneficio legis Iulie de fundo dotali et beneficio senatus consulti et Velleiani et iuri ypothecarum mearum. Iuro quod contra hanc donacionem vel aliquid de predictis capitulis non veniam aliquo iure vel aliqua ratione per me vel per aliquam interpositam personam. Immo hanc donacionem et cetera omnia supradicta universa et singula, rata et firma semper habeo tenebo et inviolabiliter observabo. Sic Deus me adiuvet et hec sancta ^{iiii.} ^{or} evangelia coram me {posita} et corporaliter tacta. Et est scertum quod {pro}predicta donacione, quam, supra vobis facimus, dedistis nobis predictis aureis et confirmastis hac laudavistis medietatem feudi de Capellatis Guillelme Bernardo quam Arnaldus de Sol[er]io, pater mei Raimundi, dederat ei et ei obligatus erat de eviccione quod feudum dictus pater meus integrum tenebat pro monasterio s. Cucuphatis. Set quia sine concesu et voluntate vestri pater meus dederat dictam medietatem feudi dicto Guilielmo Bernardo et suis adiudicatum fuit vobis totum feudum sicut in sententiis continetur, et confirmastis etiam nobis aliam medietatem dicti feudi.

Actum est hoc viii.º kal. sept., a.º Domini MCCXXX.º nono.

S+m Saure predicte, iurantis et firmantis hec predicta; S+m mei Raimundi de Soler, qui hoc laudo et firmo; S+m Bernardi de Curtibus; S+m R. Baboti; S+m Berengarii de Ruby; S+m Guillelmi de Cleriana; S+m Guillelmi Bernardi; S+m Iohannis de Manso; S+m Guillelmi, baiuli; S+m Arnaldi de Manso.

S+m Bernardi Rubey, notarii domini regis in Apiaria, qui hoc scripsit...

1358.

1239,

octubre 5.

Bernardo de Vilar y su esposa venden al abad del Monasterio, por 300 sueldos, el manso de Colomer, en el término del castillo de Apierola.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 165-6 (n.º uexcvii).

A. C. A., Cart., f. 398, n.º 1156.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus de Vilar, et uxor mea Anglesia, non coacti... per nos et omnes heredes et successores nostros in maxima etiam oppresione debitorum in quibus tenemus diversis creditoribus sub usuris cum ad presens aliud mobile non habemus, unde predicta debita solvere possimus vendimus vobis domno Petro Dei gratia abbati s. Cucuphatis et omni conventui eiusdem domus et successoribus vestris in perpetuum pro tribus centis solidis istius monete curribilis Barchinone valeutis marcha argenti LXXXVIII solidos, illum mansum nostrum, franchum et liberum de Columbario qui, est de aloudio nostro de Vilar, videlicet in termino de castro Apierole. Predictum autem mansum, cum omnibus suis pertinenciis et affrontacionibus, sicut

melius Arnaldus de Columbario modo possidet vel possidere debet vel condam sui pro nobis tenerunt vel possiderunt, vendimus vobis et vestris successoribus in perpetuum, cum domibus et hominibus et feminibus et cum omnibus honoribus et possessionibus, vineas cum terris in quibus fundatur, ortis cum regis et capudregis campiis et aliis terris, cultis et heremis, et omnibus arboribus cuiuscumque generis sint, et cum aquis marginis, devesis cum aragallis et nemoris, censualibus, exitibus et agrariis et proventibus, exorchiis, invencionibus, adempriviis, toltis, forciis et generaliter cum omnibus aliis que ad ipsum mansum pertinent vel pertinere nobis debent aliquo modo vel aliqua ratione, cum ingressibus et egressibus et aliis pertinentiis suis, sicut melius ipsum habemus et habere voce et successione predictorum predecessorum mei Bernardi de Vilar, locis etiam vocibus, racionibus et accionibus realibus et personalibus nobis competentibus vel competere debentibus aliqua parte vel in posterum per nos et nostros presentes et futuros vobis et successoribus vestris simpliciter et pure per alodium franchum et liberum vendimus insolidum et, ut meltus... procuratores et cindicos cum presenti publico instrumento perpetuo valituro introducimus vos ex hiis omnibus et singulis in corporalem possessionem, ad habendum... De qua tota vendicione per nos et nostros presentes et futuros convenimus esse semper vobis et successoribus vestris legales auctores et deffensores bona fide contra omnes personas et de firma ac legalis evicione semper teneri. Ita specialiter quod si modo vel in posterum aliqua persona sive persone vobis vel successoribus vestris super predictam empcionem intulerit querimoniam seu demanda ipsi querelanti sive querelantibus ante litis contestatione pro vobis respondebimus et directum faciemus et suscipiemus super nos omne honus litigii et restituemus vobis et vestris omne dampnum et interesse que inde vos vel vestros successores oportuerit aliquo modo sustinere. Obligantes in hiis vobis et vestris et cui volueritis omnia bona nostra mobilia et immobilia, habita et habenda, tam alodium quam feudum in que magis aut melius accipere volueritis sine * placito * {et } sacramento. Si vero hec vendicio modo vel in posterum plus predicto precio valet vel valebit, totum hoc quod plus valet vel valebit, * habeatis semper vos et vestri ex dono et mera liber]ali[tate nostra. Et quantum ad hoc renunciamus beneficio legis que corrigit deceptionem ultra dimidiam iusti precii. Confitemur etiam nos totum precium a manu Bertandi de Serriano, monacho et procuratore vestro, numerando recepisse et misisse in profectu et in maximam utilitatem nostram et in solvendis supradictis debitis; et ideo renunciamus excepcioni non numerate peccunie et non soluti precii et omni alii iuri et excepcioni nobis in hoc competentibus vel unqua competeturis et omni auxilio et beneficio legis et consuetudinis et constitucionis facte et faciende et doli clause et circumvencionis et privilegio civili fori et militari. Et ad mayorem vestri firmitatem nos Bernardus de Vilar, et uxor mea Anglesia, quisque nostrum in propria persona, per Deum iuramus et super sancta quatuor Evangelia coram nobis posita et corporaliter tacta, quod contra hanc vendicionem non veniamus per nos vel per aliquam interpositam personam aliquo iure vel aliqua ratione, immo ipsam vendicionem et cetera supradicta rata et firma habemus et habebimus. Et specialiter ego Anglesia predicta renuncio privilegio sexus et discrecionis et minoris etatis et potestati mariti et excepcioni et edicto "qui metus causa iuris et facti, ignorancie" et beneficio legis Iulie de fundo dotali et beneficio senatus consulti et Velleiani et legi que incipit. "Si qua mulier"

et etiam cuilibet iuri speciali et generali mihi in hoc competenti et competituro et privilegio dotis et donacionis propter nuptias et iuri sponsalicii mei a dicto Bernardo mihi facti et iure ypotheche et donacionis propter nuptias.

Actum est hoc iiiii.º nonas october, a.º Domini MCCXXX.º nono.

S + m Bernardi de Vilar, firmantis et iurantis; S + m Anglesie, eius uxoris, firmantis et iurantis et predicta et singula; S + m Raimundi Baboti; S + m Bernardi de Curtibus; S + m Berengarii de Ruby; S + m Petri Bovis; S + m Iohannis de Manso; S + m Petri de Salelle; S + m Guillelmi Roby; S + m Arnaldi Olivarii; s + m Guillelmi de Bidorcho; S + m Petri Prat; S + m Berengarii de Vilar; S + m A. Columbarii.

S + m Bernardi Rubey, notarii domini Regis in Apiaria, qui hoc scripsit...

1359.

I²39, octubre 17.

Raimundo de Sentmenat reconoce que todo el diezmo que posee en las parroquias vecinas de Santa María de Monistrol es feudo de San Cugat, y Berenguer de Montserrat, que comprá a Raimundo una casa, presta al abad del Monasterio el homenaje debido.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 166 (n.º MCXCVIII).

A. C. A., Cart., f. 409, n.º 1190.

Sit notum cunctis quod ego Raimundus de s. Minato, recognosco tibi Berengario de Monteserrato et tuis, quod si quid decimum teneo vel habeo vel habere deo in omnibus parrochiis vicinis et circumstantibus parrochie s. Marie de Monistrol, totum concedo esse de vendicione decimi de Munistrol, quam tibi facio, simul cum vendicione domus de Fortitudine et totum esse de feudo de Munistrol quod teneo per domum s. Cucuphatis. Et hanc recognitionem feci ante tradicionem domus de Fortitudine et dicti decimi de Munistrol tibi factam, de quo decimo facio hominum et debet fieri domui s. Cucuphatis: unde ego Berengarius de Monteserrato, recognosco vobis domino Petro, Dei gratia abbati s. Cucuphatis et successoribus vestris, totum decimum predictum esse feudum s. Cucuphatis et quod inde debet fieri hominum manualement vobis et successoribus vestris et in presenti recipio decimum feudum pro vobis faciendo vobis pro ipso in presenti hominum manualement et promittendo vobis et successoribus fidelitatem, sicut bonus et fidelis vasallus debet facere suo Domino.

Actum est hoc xvi.º kal. nov., a.º Domini MCCXXX.º nono.

S + m Raimundi de s. Minato, hoc firmo; S + m Berengarii de Monteserrato, qui hoc firmo; S + m Berengarii de Ruby; S + m Petri Bovis; s + m Raimundi Baboti; S + m Petri de Salelle; S + m I. de Manso, testium; Ss. Ego frater Petrus, Dei gratia s. Cucuphatis abbas, ss.

S + m Bernardi Rubey, notarii domini regi in Apiaria, qui hoc scripsit...

1360.

1240, enero 16.

Bernardo de Font Amans y Pedro de Vallseca, nombrados árbitros por el abad Pedro y por Guillermo de Vallseca, determinan que de la tierra de Ripollet, sobre la que se litigaba, el Monasterio recibirá dos terceras partes del censo y G. de Vallseca el otro tercio.

REGESTA: MAS, *Notes*, vr, 161 (n.º MCLXXXIX).

A. C. A., Cart., f. 422, n.º 1240.

Cum fuisset contentio inter dictum Petrum, s. Cucuphatis abbatem, ex una parte, et G. de Vallesica de Ripolletto, ex altera, super pariliata que est in Ripolletto, sub rego quod transit per ortum Guillelmi de s. Cecilia, per qua ducitur aqua ad ortum clerici ecclesie de Ripolletto, et affrontat: ab oriente in dicto rego et in orto clerici, et a meridie in honore Guillelmi de Ripollo, ab occiduo in riaría et in rego molendinorum, a circio vero in via que est inter dictam pariliatam et honorem Berengarii Benencasa et ortum clerici G. de s. Cecilia. Petebat enim dictus abbas, ut ipse posset per se, cui vellet, dictam pariliatam ad censum stabilire; Guillelmus vero de Vallesica dicebat quod ipse vellet dictam pariliatam stabilire nolebat partem suam de censu. Ad ultimum in posse Bernardi de Fonte Amantio et Petri de Vallesica, filii dicti Guillelmi, devenerunt prominentes eis partes predictæ, ut quicquid ipsi duo dicerent perpetuo ratum haberent sub pena ccc solidos promissa ab utraque parte parti alteri dictorum arbitratorum laudem observanti. Qui arbitratores, scilicet Bernardus de Fonte Amantio et Petrus de Vallesica, dixerunt arbitrando quod abbas s. Cucuphatis possit stabilire, cui velit, predictam pariliatam et quibus velit ad censum, de quo censu G. de Vallesica et filius eius Petrus in vita sua tantum habeant terciam partem et similiter de omnibus obventionibus habeant terciam partem, dum vixerint que quocumque modo ad abbatem ratione dicte pariliatæ pervenerint. Et si alter eorum moreretur, superstes in vita sua tantum haberent terciam partem predictam; post mortem vero eorum, libere tota pars tertia revertitur monasterio s. Cucuphatis, sine aliquo impedimento successorum eorum. Item arbitrando dicti arbitratores dixerunt quod dictus Guillelmus de Vallesica et filius eius, Petrus, successorumque eorum omnes, iovas habeant, sicut ipse Guillelmus et antecessores habuerunt et receperunt. Item dixerunt quod illi qui dictam pariliatam ad stabilimentum receperint diebus consuetis ad rigandum, possint rigare. Et si contingeret quod illis diebus consuetis, aqua eis non sufficeret ad rigandum, possint diebus aliis ab abbate assignatis, dicta aqua recipere et rigare. Ad hec nosi Petrus, abbas, et conventus s. Cucuphatis et Guillelmus de Vallerica, scientes omnia supradicta ad commodum et utilitatem nostram esse facta, confirmamus et laudamus omnia supradicta promittentes quod nunquam tempore aliqua contra supradicta vel aliquid de supradictis veniemus nec venire fatiemus.

Actum est hoc xviii.º kal. febr., a.º Domini MCCXXXIX.º

S+m Petri Vives; S+m Raumundi, saionis, testium; Guillelmi de Vallesica, presbiter; S+m Petri, presbiteri, filii eius, nos ambo qui predicta laudamus et firmamus; S+m Bernardi de Fonte Amantis, ss.; Ego frater Petrus, Dei gratia s. Cucuphatis abbas, ss.; Ego Petrus de s. Vincentio, prior et sa-

crista s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Raimundus de Castelar, monachus, ss.; S+m Raimundi de Castroveteri, monachi s. Cucuphatis; Ego Raimundus de s. Minato, monachus, ss.; Ego frater Raimundus de Vilagelans, monachus, ss.; Ego frater Geraldus de Clastlarino, monachus s. Cucuphatis, ss.; Arnallus, monachus.

S+m Bernardi de Turello, presbiteri, notarii publici s. Cucuphatis Vallensis, qui hoc scripsit...

1361.

1240, enero 25.

Guillermo de Santa Oliva define a su cuñado Guillermo de Tarrasa la legitima y porción paterna que le pudiera tocar de los bienes de su padre y de su difunta hermana Oliva, por doscientos maravedises.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 161-2 (n.º MCXC).
A. C. A., Cart., f. 392, n.º 1144.

Sit notum cunctis quod ego Guillelmus de s. Oliva, filius qd. Guillelmi de s. Oliva, non dolo... diffinio in perpetuum et evacuo per me et meos tibi Guillelmo de Terracia, cognato meo et uxori tue Saurine, sorori mee, et vestris et cui velitis, totam legitiman et porcionem paternam et quicquid me contingit vel contingere potest in bonis paternis ex successione dicti patris mei sive ex successione Olive qd. sororis mee et ex donacione, diffinicionem seu cessione quam mihi fecit soror mea Guillelma et quicquid mihi competit vel posse competere in dictis bonis paternis ex sponsalicio matris mee Marie sive alicuius obligacionis vel emptionis vel alterius rei quam dicta matre mea vel ego pro ea aut pro me ipso habeat vel habeam in predictis bonis paternis nnde quicquid et quantum ex predictis causis vel aliis racionibus ego habeam vel debeam habere in predictis bonis paternis quibuscumque modis diffinio in perpetuum et evacuo vobis et vestris de presenti, pure et sine omni... Inducens vos de predictis omnibus et singulis, cum hoc publico instrumento perpetuo valituro, in corporalem possessionem, pleno iure, tanquam in rem vestram propriam, ad habendum et semper... Insuper cedo vobis et vestris omnia loca, iura, voces et acciones, reales et personales, utiles et directas, ordinarias et extraordinarias, sive etiam mixtas que michi competunt aut debent vel possunt competere in hiis vel pro hiis que dicta sunt. Promitto etiam vobis quod nunquam contra predicta vel aliqua de predictis veniam vel aliquam personam venire faciam aut consentiam sive permitant. Imponens mihi et meis silentium super omni questione, petitione ac demanda, que unquam contra vos vel vestros posset fieri vel moveri in aliquo pro predictis. Pro hiis autem diffinitione, evacuacione ac cessione recepi a vobis ducentos morabetinos bonos, novos, in auro, curribiles, anfussinos, rectos et recti pensi, sine engan, quos me fateor habuisse. Ne vero occasione vel accione duplicis deceptionis vel modis aliis ego possim vel possit aliqua persona, nomine in eo, unquam venire contra precicta vel ea in totum vel in partem in irritum revocare, renuntio quantum ad hec, scienter et consulte, legi, illi que subvenit deceptis ultra domidiam iusti precii et omni iuri et, rationi ac consuetudini contra hec repugnantibus. Ego enim dono vobis

et vestris pure et sine omni retencione, si quid hec que vobis diffinio, evacuo et cedo plus modo valent vel a modo valuerint precio supradicto. Promito tamen vobis sub religione sacramenti a me inferius facti, quod de predictis non feci donacionem, obligacionem, cessionem vel aliquam alienacionem. Set ut hec que dicta sunt maiori gaudeant firmitate, iuro vobis per Deum...

Actura est hoc viii.º kal. febr., a.º Domini mcc.º tricesimo ix.º

S + m Guillelmi de s. Oliva, qui predicta laudo et firmo et iuro; S + m Ferrarii de Turrilis; S + m Petri de Molis; S + m Bernardi de Vallesicca, testium huius rei; S + m Guillelmi Petricioli, notarii; S + m Amati de Grua, notarii; S + m Ferrarii de Bayona; S + m Iacobi de Podiolo.

S + m Petri de Bages, notarii publici Barchinone, qui hec scribi fecit et clausit...

1362.

1240, abril 25.

Sentencia arbitral dada por Gerardo de Marina, sobre un campo sito junto al molino "Taxonum" y sobre un prado, junto al Campo Redondo, que eran disputados por Arnaldo de Gelida, monje, y por Pedro Trobat.

REGESTA: MAS, *Notcs*, vi, 166-7 (n.º MCXCIX).

A. C. A., Cart, f. 410, n.º 1196.

Sit notum cunctis quod cum inter Arnaldum de Gelida, tenentem locum Cellararii s. Cucuphatis, ex una parte, et Petrum Trobat, ex altera, fuisset questio agitata super quodam campo quem ipse Petrus Trobat emit pro alodio a Guillelmo de Rivopullo, milite, iuxta molendinum Taxonum quem domus s. Cucuphatis dicebat sibi debere inmediate adiudicari cum esset de feudo quod Guillelmus de Rivopullo tenebat pro dicto monasterio, et super possessione prati, quod est iuxta locum qui dicitur Campus Rotundus, quam dicebat domus sibi restitui, quem questio fuit terminata per sententiam Geraldi de Marina, constituti iudicis a Marimundo de Plicamanibus, vicario Barchinone. et a Guillelmo de Riera et Arnaldo Cellarario, arbitris dectis a partibus sub pena viginti aureorum et ab eadem sententia fuisset ab utraque parte appellatum, tandem ad transactionem sive competicionem amicabilem devenerunt in hunc modum, scilicet quod dictus Petrus Trobat et sui teneant et habeant dictum campum quem emit a Guillelmo de Rivopullo, milite, pro alodio pro domo s. Cucuphatis, et donent eidem domui annuatim in festo sanctorum Petri et Felicis de augusto mediam quarteriam frumenti, et nullum alium agrarium sive censum donent dicte domui nec usatictim de dicto campo, set teneant ipsum ad fidelitatem dicte domus nec clament ibi alium dominum nisi domum s. Cucuphatis et suos rectores. Est autem dictus campus in parrochia s. Stephani de Ripolleteo, iuxta molendinum Taconum. Et affrontat dictus campus: ab oriente in riera de Rivopullo, a meridie in alodio s. Cucuphatis tenedone dicti Petri Trobati, ab occiduo in reggo molendini, Tachoni, a circio in honore heredum Guillelmi de Rivopullo, quem tenent pro monasterio s. Cucuphatis. Item et quod dictus Petrus Trobat et sui habeant semper pro alodio francho dictum pratium quod emit ab Aliano de Rexaco dictus Petrus Trobat a tribus fexu-

riis modo de novo de voluntate precium positus de supra quod pratum iam erat ipsi Petro Trobat predictum Geraldum de Marina adiudicatum, quarum fexuriarum una posita est in capite marginis qui est intus campum rotundum et tenedonem Petri Ortolani, et alie due recta linea sunt posite versus riarum de Rivopullo et sic a dictis tribus fexuriis supra habeant Petrus Trobat et sui pro alodio franco in perpetuum dictum pratum, sicut affrontat: ab oriente in riarum de Rivopullo, a meridie in alodio s. Cucuphatis quod divisum est a dicto prato quod remanet dicto Petro Trobat et suis, ab occiduo in alodio s. Cucuphatis tenedone Berengarii de Calciata et Petri Ortolani et Geralde, uxoris olim Guillelmi de Rivopullo, a circio in alodio s. Michaelis Barchinonensis, et in reggo molendini Taconi. Item et quod domus s. Cucuphatis habeat totum residuum prati a dictis fexuriis positus inferius pro suo alodio et donacionem supradicti campi quem Petrus Trobat emit a dicto Guillelmo de Rivopullo, milite, et mediam quarteriam frumenti in dicti campo et nichil aliud, sicut supradictum est. Ad hec nos Petrus, Dei gratia s. Cucuphatis abbas, et conventus eiusdem, et Petrus Trobat, scientes supradicta esse sententia ad comodum et utilitatem utriusque partis laudamus... promittentes... renunciantes...

Actum est hoc vii.º kal. mad., a.º Domini MCC.º quadragesimo.

Ss. ego frater Petrus, Dei gratia s. Cucuphatis abbas, ss.; Ego frater Petrus, prior et sacrista s. Cucuphatis, ss.; S + m Raimundi de Castroveteri, monachi s. Cucuphatis; Ego frater Raimundus de Castelar, monachus, ss.; Ego frater Arnaldus de Ameniis, monachus s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Petrus de Serriano, s. Cucuphatis monachus, ss.; frater Petrus de Turri, monachus s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Raimundus de Vilagelans, monachus s. Cucuphatis, ss.; Arnallus, monachus; S + m Petri Trobati, qui hec laudo et firmo; S + m Pelegrini de Pausis; S + m Petri Ferrarii, notarii.

S + m Iacobi de Portu, publici Barchinone notarii, qui hec scribi fecit et clausit...

1363.

1240, abril 26.

Sosteniendo el Monasterio, por una parte, y Guillermo "Cativerius" con su esposa, por otra, el derecho a unos mansos sitios en Ripollet, el juez del veguer de Barcelona asigna los mansos Blanquet y Font al Monasterio, como, feudo, absolviendo a Guillermo de las otras acusaciones contenidas en el libelo.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 167 (n.º MCC). — MIRET, *Escolares*, 144.

A. C. A., Cart., f. 408, n.º 1188.

Inter Arnaldum de Gelida, procuratorem abbatis et conventus cenobii s. Cucuphatis, agentem, ex una parte, et Guillelmum Cativerium, pro se et procuratorio nomine pro Alayde, uxore sua, deffendentem, ex altera, questio fuit in posse Marimundi de Plicamanibus, Barchinonensis vicarii, in hunc modum. Point Arnaldus de Gelida, procurator abbatis et conventus s. Cucuphatis contra Guillelmum Cativerium et uxorem suam Alaydem, quod tenet unum mansum iuxta Ripolletum, qui dicitur mansus de Fonte, quem receperunt pro alodio ab Ermessende de Ripollo et filio eius Guillelmo unum cum dictus man-

sus sit de feudo censuali quot tenet Guillelmus de Ripollo pro domo s. Cucuphatis. Et ipsi scilicet Ermessendis et Guillelmus tradiderunt eundem mansum pro alodio sine licencia et voluntate abbatis s. Cucuphatis dictis Guillelmo Cativerium et uxori eius petit dictum mansum insolidum sibi adiudicari, cum fructibus perceptis ac percipiendis, ad quod respondens Guillelmus Cativerium pro se et dicta uxore sua confitetur se tenere infra villam de Salanova, iuxta Ripolletum, quemdam mansum Raimundi de Manso, quem mansum tenet proprio Guillelmo Cativer et uxore sua Raimundus de Manso; nescit tamen nec credit quod ille dictus mansus fuit sibi et uxori sue traditus ab Ermessende predicta et Guillelmo de Ripollo pro alodio. Negat tamen dictus Guillelmus Cativer pro se et uxore sua illum mansum predictum quem tenet fuisse de feudo censuali quod Guillelmus de Ripollo tenet pro domo s. Cucuphatis, unde super hiis Arnallus de Gelida, procurator predictus, fecit posiciones suas quarum quasdam ei concessit Guillelmus Cativer et quasdam negavit, ut in actis plenius continetur super quibus posicionibus negatis et petitione in libello posita ab ipso Arnaldo de Gelida probaciones adjudicate fuerunt ipsi Arnaldo de Gelida, ut probaret quod asserebat. Quare nos Ermengaudus de Minorisa et Ermengatidus Pinxenes, iudices in hac causa a supradicto vicario constituti, receptis testibus a parte dicti Arnaldi de Gelida, procuratoris, et diligenter inspectis et visis instrumentis hinc inde productis, et specialiter quodam instrumento cuiusdam compositionis, que facta fuit inter Guillelmum de Ripollete, maiorem, ex una parte, et Guillelmum, abbatem qd. s. Cucuphatis, ex altera, in quo instrumento continetur quod dictus abbas donat, concedit et laudat ad censum quinque sextariorum ordeï plures honores dicto Guillelmo de Ripollo et quasdam tenedones quas Oto, qd. abbas, comutavii cum Guilaberto ad ipsum Fontem et mansum Blancheti, presbiteri, et illas tenedones quas idem Guillelmus tenebat ultra fluvium de Ripollete et, habita confessione a Guillelmo Cativerio, quod Guillelmus de Ripol, maior, et sui post eum semper solverunt predictum censum quinque sextariorum ordeï domui s. Cucuphatis a tempore instrumenti predictæ compositionis citra. Et visis ad oculum predictis honoribus et tenedonibus cum Fonte et affrontacionibus eorundem, habito super hiis prudentum consilio, partibus in nostri presencia constitutis et renunciantibus iuri una franco, pronunciamus de iure mansum Blancheti et ipsas tenedones cum Fonte in quibus olim consuevit esse mansus et quem Raimundus de manso tenebat pro Guillelmo Cativerio, ut ipsemet Guillelmus Cativer asserit apta cum omnibus suis pertinenciis esse de feudo censuali quod Guillelmus de Ripol olim maior et nunc sui post eum tenent per domum s. Cucuphatis. Item pronunciamus de iure ipsas tres faxias que sunt ultra Ripolletum esse similiter de predicto feudo cenxuali domus s. Cucuphatis et sic pronunciamus esse alodium domus s. Cucuphatis et in hoc condemnamus dictum Guillelmum Cativer et uxorem eius Alaydem et ipsum Guillelmum Cativer, procuratorem eius. Et recepto sacramento a Guillelmo Cativer, quod tempore quo ipse emit predictas tenedones in quibus olim consueverit esse mansus et quem Raimundus de manso tenebat pro ipso Guillelmo Cativer, ignorabat esse de feudo domus s. Cucuphatis, absolvimus ipsum Guillelmum Cativer et uxorem eius Alaydem a predictis omnibus aliis in libello contra eos petitis, dicto Arnaldo de Gelida, procuratori abbatis et conventus s. Cucuphatis, perpetuum silentium imponendo, salvo ipsi Guillelmo Cativer, quod non obstante predicto

sacramento quod fecit in posse nostro possit, si voluerit, ab hac sententia provocare.

Quod est actum vi.º kal. mad., a.º Domini MCCXL.º A qua sententia Guillelmus Cativer viva voce appellavit.

S + m Ermengaudi de Minorisa, qui hanc sententiam tuli simul cum Ermengaudo Pinxenes; S+m Ermengaudi Pinxenes; S + m Marimundi de Plicamanibus, vicarii Barchinonensis, qui hanc sententiam scribi fecit...

1364.

1240, junio 8.

Composición firmada entre el procurador del Monasterio y Bernardo de Santa Oliva sobre unas tierras sitas en Albiñana y Cespela de Castellvell.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 168 (n.º .\icci). — SAGARRA, *Sant Vicens*, 72.
A.C.A., Cart., f. 411, n.º 1198.

Post multas et varias contenciones que diu fuerunt agitate inter Bertrando de Serriano, monachnm et procuratorem s. Cucuphatis, ex una parte, et Bernardum de Monte Olivo, et filium suum Guillelmum, ex altera, sponte et gratis, amicabile composicio in posse et in cognicione Poncii de Monte Olivo fuit facta, ita quod quicquid ipse diceret, ipsi habent pro rato et firmo. Qui cum ipsis {ambobus} et aliis quam plurimis iverunt ad ipsum collum qui vocatur collis de Vulture, unde mare conspicitur et subtus quadam bassa que ibi est, firmavit primam fexuriam et descendit per ipsum excurrim versus honorem quem tenebat Galina, qd., uxor Galini, et intus incultum firmavit in unum serrale secundum fexuriam et postea ascendit ad collem qui est satis prope terrarii rubei et ita descendit per ipsum excurrim firmando fexurias usque in carrariam de Alastro, que vadit versus Tarrachona et ita vadit intus in alium excurrim qui descendit de Lanzads et ita predictum excurrim et ascendit per illum socostanum ubi similiter firmavit aliam fexuriam et ita vadit indirectum ad illum maiorem terrerium album qui est infra terminos de Albinana et de Cespela de Castroveteri. Sicut dicti termini, sunt plantati et firmati, concedimus nos Bertrandum de Serriano pro domo s. Cucuphatis per nos et ego Bernardus de Monte Olivo et filius meus Guillelmus per omnes nostros habere in perpetuum ratum et firmum.

Actum est vi.º idus iunii, a.º Domini MCCXL.º.

Ego Bertrandus de Serriano, procurator abbatis s. Cucuphatis, ss.; S + m Bernardi de Monte Olivo; S + m Bertrandi, filius eius; S + m Poncii de Monte Olivo, nos totis qui hoc concedimus et firmamus testes firmare rogamus; S + m Sabadell, clerico de Castlar; S + m Gazo de Alastre; S + m Bernardi Rayadel; S + m A. de Valmol, clerico de Albiniana; S + m Cutina, baiulus de Albinianatestium.

Berengarius, presbiteri, clericus de Episcopale, qui hoc scripsit...

1365.

1240, diciembre 15.

Guillermo de Fonollar da al Monasterio una medida de cebada, como censo, por los molinos de "Pedrige", que radican en Santa Eulalia de Madrona.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 168-9 (s^o-^o MCCII). — CARRERAS, *Notes Sarriá*, 68.
A. C. A. Cart., f. 409, n.^o 1194.

Sit notum cunctis quod ego Guillelmus de Fonolario, dono et concedo, bono animo ac libenti et spontanea voluntate titulo perfecte donacionis irrevocabiliter inter vivos, vobis Petro, Dei gratia abbati cenobii s. Cucuphatis, et eidem cenobio et successoribus vestris imperpetuum habendam et accipiendam semper annuatim in festo sanctorum Petri et Felicis, unam quarteriam ordeï censualem, ad rectam mensuram Barchinone in parte mea, quam per alodium habeo in molendinis de Pedrige, que sunt in parrochia s. Eulalie de Madrona, ita quod in dictis molendinis semper annuatim in predicto festo ego et mei donemus vel faciamus dari nuncio dicti cenobii dictam quarteriam ordeï. Et si ego et mei vobis vel nuncio vestro non daremus vel dari faceremus dictam quarteriam ordeï, ut predicatur annuatim, possitis vos et successores vestri vel nuncius vestrus propria auctoritate dictam quarteriam ordeï accipere et pignoraré sine fatiga curie et contradiccioné alicuius persone; tamen pro dicto censu vos non habeatis aliud dominium in dictis molendinis nisi tantum dictam pignorationem prout prefixum est, immo possimus ego et mei semper dicta molendina vendere et impignoraré dare et stabilire et quolibet modo alienare cuicumque persone voluerimus, vobis et successoribus vestris irrequisitis, et sine fatiga et obstaculo vestri et successorum vestrorum, salva vobis et vestro cenobio imperpetuum dicta quartaria ordeï censuali, prout superius est distinctum. Preterea laudo et aprobo per me et successores meos vobis et dicto cenobio totam illam donacionem, quam dicto cenobio fecit Raimundus Bremundi et filius eius Raimundus in alia parte dictorum molendinorum quam per predecessores meos tenebant, sicut continetur in instrumento inde confecto per manum Petri de Corrone, scriptoris, quinto kalendas aprilis, anno xxv.^o regni Ledovici iunioris.

Actum est hoc xv.^o kal. ian., a.^o Domini MCC.^o quadragésimo.

S + m Guillelmi de Fonolario, qui hoc laudo et firmo; S + m Bernardi de Matis; S + m Petri Dominici.

S + m Iacobi de Portu, publici Barchinonensis notarii, qui hec scripsit...

1366.

1241, abril 23.

Arnaldo de Font reconoce que posee por el Monastrio el feudo de Horta que su padre compro a Guillermo, juez.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 169 (n.^o MCCIV).
A. C. A. Cart., f. 417 w, n.^o 1223.

Sit omnibus notum quod ego Arnaldus de Fonte, qd., filius Guillelmi de Fonte, per me et meos, concedo et in veritate recognosco vobis domno Petro, Dei gratia s. Cucuphatis abbati, et conventui eiusdem loci, quod teneo per vos

et dictum monasterium ipsum feudum quod ipse pater meus emit de Guillelmo, iudice de Verdaria, in comitatu Barchinone, apud Ortam, ut in tenore instrumenti emptionis continetur pro quo igitur feudo promito vobis et dicto monasterio ac conventui eiusdem esse in omnibus fidelis legalis et utilis, tam de personis vestri et sociorum vestrorum, quam circa etiam res vestras et vestrorum hominum. Et hec omnia predicta promito vobis atendere et complere sub fide hominii a me vobis manualiter prestiti, et quod etiam serviam vobis et successoribus vestris secundum valorem feudi tempore et loco, quibus alii feudatarii tenentur suis dominis servire et generaliter promitto vobis quod faciam omnia que feudatarii debent facere...

Actum est hoc ix.º kal. mad., a.º Domini MCCXL.º primo.

S + m Arnaldi, de Fonte, qui hoc laudo et firmo et sum maior annis; S + m Guillelmi Poncii; S + m Berengarii de Canali; S + m Raimundi de Casalibus.
S + m Amati de Grua, notarii Barchinone, qui hoc scripsit...

1367.

1241, abril 29.

Ferrer de Olset reconoce que los dos mansos de San Juan Despi, que compró a doña Adelaida, viuda de Pedro de Claramunt, son feudo del Monasterio.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 170 (n.º MCCV). — SAGARRA, *Sant Vicens*, 72.
A C. A., *Cart.*, f. 410, n.º 1197.

Sit omnibus notum quod ego Ferrarius de Oltzeto, scienter et consulte, per me et meos, confiteor et recognosco vobis domno Petro, Dei gratia abbati, et conventui cenobii s. Cucuphatis, quod illi duo mansi, cum pertinentiis eorum, quod Raimundus Bocherius per alodium emit a domna Adalayde, uxore qd. Petri de Claromonte et a Raimundo de Claromonte, filio eiusdem, cum carta publica, quam Raimundus de Mirambello, notarius Barchinoinensis, scribi fecit octavo idus marcii, a.º Domini MCCXXX.º secundo, et quos dictos duos mansos ego habeo et teneo ex vendicione, solucione et diffinicione que dictus Raimundus Bocher michi de predictis fecit cum instrumento publico, quod Petrus de Bagis, notarius Barchinonensis, scribi fecit quinto kalendas aprilis, a.º Domini MCCXXXIII.º sunt et debent esse feudum cenobii s. Cucuphatis dicti, et ego confiteor dictos duos mansos cum pertinentiis eorum semper tenere ad feudum pro vobis domno abbate et pro cenobio antedicto et promito semper facere illud servicium quod dicta domna Adalaydis et filius suus Raimundus de Claromonte et antecessores eorum debebant facere cenobio antedicto pro dicto feudo; qui dicti duo mansi sunt in territorio Barchinone, in parrochia s. Iohannis de Pinu, paulo longe a flumine Lupplicati, de quibus duobus mansis unum tenet Bernardus Alamagni, sicut fexuriatur et terminatur: ab oriente in alodio s. Marie Montisserrati, a meridie in alodio s. Petri de Castserris, ab occiduo in flumine Lupplicati, a circio in alodio s. Ruphi. Et alium vero mansum tenebam ego et possidebam, de quo facti sunt duo quos per me tenent Bartholomeus Mir, Petrus Iohannes de Olivaria et predictus Bernardus Alamagni, prout terminatur: ab oriente in manso s. Iacobi, a meridie in alodio Primicherii, ab occiduo in alodio domus infirmorum et Guillelmi de Fonicu-

lario, a circio in alodio de Podio Nauclerio. Et ita, ut dictum est, de predictis duobus mansis facti sunt tres. Quos dictos tres mansos, cum tenedonibus et pertinentiis eorum universis, et cum decima et aliis accidentiis, simul cum hominibus et feminis, concedo tenere ad feudum pro dicto cenobio et mei semper pro feudo teneant et possideant prout superius dictum est, licet predicti mansi venditi sunt per alodium dicto Raimundo Bocherio et mihi post eum et per sententiam quam Guillelmus Poncii, maior, tulit, confiteor dominum eorundem mansorum monasterio s. Cucuphatis adiudicatum fuisse. Et nos Petrus, Dei gratia abbas cenobii s. Cucuphatis, et conventus eiusdem nobis comissus, laudamus et confirmamus vobis Ferraria de Oltzeto et vestris, in perpetuum, predictos mansos ad feudum, ut superius dictum est. Concedentes vobis et vestris quod nobis satisfacistis pro omnibus demandis, scilicet racione servicii et laudaysmi usque in hanc diem presentem, quas contra vos faciebamus et ideo facimus vobis et vestris perpetuum finem et pactum de non petendo de omnibus supradictis demandis et de omnibus aliis, quas contra vos usque in presentem diem facere poteram aliqua racione vel causa.

Actum est hoc tercio kalendas madii, a.º Domini MCCXL.º primo.

S+m Ferrarii de Olzeto; Ego frater Petrus, Dei gracia s. Cucuphatis abbas, ss.; Ego Petrus de s. Vincencio, prior et sacrista s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Geraldus de Castlarino, monachus s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Petrus de Serriano, s. Cucuphatis monachus, ss.; Petrus de Turri, s. Cucuphatis monachus, ss.; Ego frater Arnaldus Catelli, monachus s. Cucuphatis; Ego frater Michael, monachus s. Cucuphatis subscribo; Ego frater Bartholomeus, monachus, ss.; Ego frater Arnallus, monachus, ss.

S+m Petri Ferrarii, notarii publici, Barchinone, qui hoc scripsit...

1368.

1241, octubre 27.

Jaime I dispensa de tributos al trigo de la cosecha del Monasterio.

EDIT.: HUICI, *Col. Diplomática*, n.º ccxxxiii.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 171 (n.º MCCVI).

A. C. A., *Cart.*, f. 413, n.º 1207.

Pateat universis quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli, et dominus Montispesulani, per nos et nostros emfranguimus perpetuo monasterium s. Cucuphatis Vallensis ab hiis quod de blado quod sit de semine vel collecta corporis monasterii vel quod necessarium sit ad eundem, non donet mensuraticum nec usaticum ullum in loco aliquo terrarum vel dominacionis nostre, in terra nec in mari, nec donent legdam vel pedagium de ullis rebus que portentur vel ducantur, ementur vel vendantur per monachos ipsius monasterii vel per nuncios suos, que, scilicet sint de corpore ipsius monasterii vel necessaria ad eundem. Mandantes firmiter...

Data Barchipone, vi.º kal. nov., a.º Domini millesimo CCXL.º primo.

1369,

1241, diciembre 14.

Guillermo, juez de Palou, da al abad Pedro todos los feudos que por él tienen Bernardo de Horta y los herederos de Martín Sardina en el valle de Aridfo.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 172 (n.º MCCVIII).

A. C. A., Cart., f. 417v, n.º 1224.

Sit omnibus notum quod ego Guillelmus, iudex de Palacio, dono de presenti irrevocabiliter inter vivos cenobio s. Cucuphatis et vobis Petro, Dei gracia abbati eiusdem cenobii, omnia feuda que per me tenent Bernardus de Horta et heredes Martini Sardine et quicquid iuris michi competit in eisdem feudis et omnia alia feuda que per me tenentur apud vallem de Oriolf et in omnibus aliis locis ab ecclesia, scilicet de Villamaiori usque in fluminem Lupricati, per omnia loca, salvis tamen mihi testamentis iuratis et vendicione salva, quam feci Guillelmo de Fonte. In qua vendicione, si quid iuris michi competit, dono et concedo dicto cenobio et vobis dicto abbati in perpetuum. Hec itaque omnia, cum introitibus et exitibus suis et pertinenciis et cum omnibus locis, iuribus, vocibus et accionibus realibus et personalibus mihi in hiis vel pro hiis competentibus aut competituris, exceptis hiis que michi superius salvavi, dono de presenti dicto cenobio et vobis dicto abbati, sicut melius... Inducens vos dictum abbatem et cenobium s. Cucuphatis de presenti, cum hoc publico instrumento pleno iure, tanquam in rem... Et promito quod nunquam veniam contra Renuncians quantum ad hec scienter et consulte omni iuri, rationi ac consuetudini propter que possem predicta vel aliqua de predictis in totum vel in parte in irritum revocare. Et est certum quod hec que vobis dono teneo per vos ad feudum.

Actum est xviii.º kal. ian., a.º Domini MCCXL.º

S + m Guillelmi, iudicis, qui hoc firmo, ss.; Huius rei testes sunt: Poncietus de Palacio et Ferrarius de Turre.

S + m Petri de Bages, notarii publici Barchinone.

S + m Iacobi de Podiolo, qui hec scripsit mandatis Petri de Bages...

1370.

1241, noviembre 16.

Saura de Vilanova y su esposo Bernardo de Lacera venden al abad Pedro un campo y una viña sitos en la parroquia de San Cugat, junto al manso Pla, por 150 sueldos barceloneses.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 171 (n.º MCCVII). — MIRET, *Escolares*, 146.

A. C. A., Cart., f. 410, n.º 1193.

Sit omnibus notum quod ego Saura de Vilanova, et vir meus Bernardus de Lacera, non dolo... vendimus vobis domno Petro, Dei gratia s. Cucuphatis abbati, et vestris successoribus inperpetuum, illum campum et illam vineam, quem et quam Guillelmus de Cercitulo pro nobis tenet apud Planum, in par-

rochia s. Cucuphatis, iuxta mansum de Plano. Et affrontat: ab oriente in vinea Petri de Plano, a meridie in alodio s. Petri Octaviani, quod tenet Guillemus de Cercitulo, ab ociduo in alodio s. Cucuphatis et in alodio Bernardi de Fonte Amantio, a circio vero in honore Petri Vives. Quem campum predictum et vinea cum omni iure et dominio quod ibi habemus vel habere debemus aliquo modo vendimus vobis et successoribus vestris omni tempore, ad habendum... Pro hac enim vendicione concedimus a vobis habuisse et recepisse centum quinquaginta solidos Barchinonenses; renunciando excepcioni non numerate peccunie, promittentes vobis et vestris successoribus et dicto monasterio dictam vendicionem dictorum campi et vinee facere, tenere in pace contra omnes personas et esse inde legales guirentes actores et deffensores contra omnes personas et teneri firmiter de eviccione sub obligacione omnium bonorum nostrum mobilium et immobilium in quibus magis accipere volueritis. Nos vero nec aliquis nomine nostri numquam contra presentem vendicionem venire possumus aliquo iure, scripto et non scripto, canonico et civili nec venire aliquem permitamus nec fa + ci + amus, ymmo omni cuilibet iuri nobis in predictis competenti vel competituro penitus renunciantes et est illi legi que subvenit deceptis ultra dimidiam iusti precii. Et insuper ego Saura predicta, ut maiorem habeat valorem et firmitatem, iuro per Deum et eius...

Actum est hoc xvi.º kal. dec., a.º Doimi MCCXL.º primo.

S + m Saure, que hec laudo iuro et firmo; S + m Bernardi de Lacera, viri eius; S + m Aledis de Vilanova, matris dicte Saure qui hee laudamus et firmamus; S + m Berengarii Cefdani; S + m Iohannis Capriti; S + m Arnaldi Saladi, testium huius rei.

S + m Bernardi de Turello, presbiteri, notarii publici s. Cucuphatis Valensis qui hoc scripsit...

1371.

1241, diciembre 28.

El rey Jaime I pone bajo su protección el Monasterio con sus personas y cosas.

EDIT.: HUICI, *Col. Diplomática de Jaime I*, n.º ccxxxvi.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 172 (n.º MCCIX).—CARRERAS, *Argentona*, 45.—PERAY, *San Cugat*, 130.

A. C. A., Cart., f. 413, n.º 1208.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli, et dominus Motitispesulani, recepimus et constituimus sub nostra proteccione, custodia, comenda, emperancia, defensione et in nostro guidatico speciali monasterium s. Cucuphatis de Valesio et abbatem et monachos et ecclesias et clericos universos, qui ibi sunt vel erunt, cum castris et villis et terris et honoribus et possessionibus et hereditatibus et omnibus quibuslibet in eisdem habitantibus et habitaturis, cum eorum rebus omnibus mobilibus et immobilibus ac semoventibus habitis et habedis. Ita quod in eundo stando et redeundo per omnia loca regnorum terrarum et dominacionis nostre in terra et mari et stagno et aqua dulci, sint salvi et securi et ab omni dampno et gravamine ac disturbio et impedimento peni-

tus alieni. Et quod nullus confidens de nostri gracia audeat vel presumat in monasterio predicto vel rebus aliquibus ad ipsum pertinentibus malum aliquod facere nec iacturam inferre vel aliquod nocumentum aliqua causa vel racione nec pignorare vel capere aut detinere aliqua victualia que deferantur sive portentur ad opus monasterii vel monachorum eiusdem. Mandantes vicariis baiulis et nostrum locum tenentibus et subditis universis presentibus et futuris quod hanc proteccionem et guidaticum nostrum firmum habeant et observent et faciant observari. Quincunque autem contra... penam mille morab. se noverrit incursum... dampno... prius in dupium... restituto.

Data Barchinone, v.º kal. ian. a.º Domini MCCXL.º primo. Huius rei testes sunt Poncius Huguet comes Empuriarum; Guillelmus de Montecatano; Raimundus Fulchonis, vicecomes Cardone; Guillelmus de s. Vincencio; Eximennen de Focibus; Eximennen de Luna.

Scripta mandato domni regis per manum Guillelmi, scrihe, loco die et anno prefixis. Lecta fuit regi.

1372.

1242, marzo 11.

Berenguer de Riusech, con el consentimiento de su madre Sancha, reconoce tener en feudo por el Monasterio varios mansos sitios en Codonyers y en Poliñá y en Riusech.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 169 (n.º MCCIII).

A. C. A., Cart., f. 416, n.º 1220.

Sit omnibus notum quod ego Berengarius de Rivosicco, filius qd. Bernardi de Rivosicco, cum assensu et voluntate domne Sancie, matris mee, et manumissorum testamenti dicti patris mei, profiteor et recognosco manutenere et habere in feudum per monasterium s. Cucuphatis ipsum mansum Geraldii de Petra, cum omnibus terminis et affrontacionibus suis et cum omnibus ad eundem spectantibus ubique. Et ipsum mansum Bernardi de Petra, cum omnibus suis pertinentiis et ipsum mansum Bernardi de Fonte, cum omnibus ad se spectantibus, ubique sine omni diminucione, et ipsum mansum Petri Iohanne integriter, quem Dominicus Belloti tenet per me cum vineis et cum omnibus ad eundem spectantibus ubique, et ipsum mansum quem Reimundus de Laceres tenebat per dictum patrem apud Berters, cum omnibus ad eosdem pertinentibus ubique, et ipsum alium mansum qui est apud Cadonyers, quem Ermessendis de Vallemoronta solebat tenere per dictum patrem meum, et in parochia s. Salvatoris de Poliniano unum mansum cum omnibus aliis honoribus quos ibidem habeo et ecclesiam s. Martini de Poliniano et apud Rivumsiccum unum molendinum et unam pariliatam et diversos ortos qui sunt impetu aquarum destructi et per aluvionem mutati, et unum capud de fabrica iuxta ecclesiam s. Pauli de Rivosicco et unam albergam in ipsa domo de Rivosicco et totum illum honorem, integriter, quem Raimundus de Columbario tenet per domum de Rivosicco in termino s. Marcialis. Hanc concessionem et recognitionem facio ego dictus Berengarius de Rivosicco in presencia Bernardi de Fonte Amantio, Petri de Mirabello, Ferrarii de Mirabello, Bertrandi de Valdaurexio et Petri de Vulpeyeriis.

Actum est hoc v.º idus marcii, a.º Domini MCCXL.º primo.

S + m Berengarii de Rivosicco; S + m Domne Sancie, matris eius, qui hec laudamus et firmamus; S + m Guillelmi, presbiteri, clerici s. Quirici, in cuius posse firmavit Sancia, uxor qd. Bernardi de Rivosicco hanc cartam. Testes huius rei sunt: Berengarius de Fonte Amantio, Petrus de Mirambello, F. de Mirambello, Bertrandus de Valdaurexio et Petrus de Vulpeyariis.

S + m Iacobi de Portu, publici Barchinonensis notarii, qui hec scribi fecit et clausit cum litteris emendatis in linea ii ubi dicitur "Geraldus de Petra" et apponitis in eadem ubi scribitur "Bernardi de Petra cum omnibus suis pertinentiis et ipsum mansum" et in linea tertia ubi notatur "et ipsum mansum" et in linea im ubi dicitur "Berengarius Simpedi" et emendatis et in vii liraea die et anno prefixis.

1373.

1242, agosto 25.

El abad Pedro establece al altar de Santa María el diezmo de Ripollet y varios honores, bajo ciertas condiciones y cargas que deberá cumplir el que posea dicho altar.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 173-4 (n.º MCCX).—PERAY, *S. Cugat*, 130.
A. C. A., *Cart.*, f. 424, n.º 1247.

Ad honorem et laudem sancie et individue Trinitatis ac beatissime Dei genitricis semper virginis Marie et omnium sanctorum, Nos Petrus, Dei gracia abbas et conventus monasterii s. Cucuphatis, concordi et unanimi voluntate, stabilimus et in perpetuum assignamus altari beate semper virginis Marie, in nostro monasterio constructo, totum illud decimum de Rivoppolletto quod emimus de Guillelmo Xethmar et uxore eius Guillelma et Bernardo de Canals, et totum illum honorem s. Felicis de Villa Milleannorum, quem emimus de Petro de Montecalvo et domos de Barchinona, quas emimus a Raimundo de Cabaza in carrario s. Petri et totum illum honorem, quem emimus de Bernardo de Canalibus in manso de Aleran, in parrochia de Valdaurex et in manso de Martino, qui est in parrotiohia s. Felicis de Villa Milleannorum. Tali quippe modo predictum stabilimentum facimus quod monachus ille qui ad servitium altaris predicti pro tempore fuerit specialiter assignatus, teneat omnes predictos honores integriter, sicut nos ipsos emimus et in e[m]ptionum nostris plenius continetur de quorum honorum fructibus faciat servitium quod inferius continetur. In primis quod semper faciat unam candelam arderi dumtaxat in medio chori s. Cucuphatis ad missam. Que candela ardeat per totam noctem in sex festivitatibus, scilicet: Natalis Domini et dominice Resurrectionis et Pentecostes et s. Cucuphatis et Assumptionis beate Marie Omniumque Sanctorum; finito autem completorio, accendatur et ardeat usque ad solis ortum. Similiter quando fuerit presens corpus alicuius fratris defuncti nostre congregationis ardeat; in festivitatibus vero Apparitionis Assensionis Domini et dedicationis s. Cucuphatis, ad matutinas tantum ardeat, et in vigilia Natalis Domini in laudibus tantum. Dicta autem candela debet accendi, incipiente tertia, si post tertia statim dicatur missa; si vero processio sit, debet accendi finita

processione; verumtamen si dicatur post terciam vel ante nonam letania, incipiente letania, accendatur candela, que candela, finita missa, ilico extinguatur. In festivitibus vero Natalis Domini, Dominice Resurrectionis, Pentecostes beatissimi Cucuphatis, Assumptionis beate Marie et Omnium Sanctorum ponat duos cereos ad rexias s. Cucuphatis, qui ardeant per totam noctem. Item in festivitibus Natalis Domini, Apparitionis eiusdem Purificationis beate Marie eiusdem, Anuntiationis, Resurrectionis Domini eiusdem, Ascensionis, Pentecostes, Dedicacionis altaris beate Marie, Assumptionis eiusdem, Nativitatis ac Conceptionis et omnium Sanctorum, ponat unum pulcrum cereum in ipsius noctis crepusculo coram altari beatissime virginis Marie, qui per totam noctem ardeat ad honorem Dei et eiusdem sanctissime genitricis, qui etiam monachus ad cotidianam missam, quam cotidie ipsam dire ordinamus, procuret cotidie unam candelam. Item statuimus ad cotidianam missam dicti altaris, ut dictus cappellanus det incensum, non de pulvere, sed de meliori. Item in predictis xii. festivitibus ponat dictus capellanus xv. cereos, finito bendicamus in choro, qui ardeant cum corona et duabus candelis, quas sacrista ibi ponat in vesperis et matutinis, quousque processio sit finita et missa, quam dictus capellanus celebraverit. Item dicti cerei et corona cum sex candelis, quas dictus sacrista debet ponere, ardeant in prima missa Natalis Domini et Conceptionis beate Marie et Annuntiationis eiusdem, si festum celebrabitur ante Pascha et eodem fiat modo in Dedicacione eiusdem altaris, quas siquidem missas debet ibi totus conventus celebrare. Item in vigilia Assumptionis beate Marie, quam festivo more, ad instar vigilie Ascensionis Domini statuimus perpetuo celebrari, predictus monachus procuret conventum illos, videlicet tantum qui in refectorio accipiant panem de piscibus precio unius morabatini. Cellarius vero qui solitus est conventui de tribus pulmentis ministrare ten[e]antur dare cucurbitas et fresam vel cicrones et conventus sit de hoc contentus. Item in diebus quibus commemorationis festum beate Virginis celebratur, addat capellanus conventui illos videlicet tantummodo, qui panem accipiunt in refectorio, preter consueta cibaria cuilibet annum, ovum et si cellarius donat cepas addatur preter ovum similiter cuilibet una cepa. Cuius ovi sive cepe etiam abbas et prior perceptionem contenti nil amplius quam unus ex fratribus possint ab illo capellano exigere vel habere. Cum autem cellarius in predictis commemorationum dabit fabas, addat ipse monachus unam quintam, preter illas quas cellarius dederit, et ipsa die conventus habeat fresam more xii. Lectionum, et si cellarius ministraverit conventui cicera vel granones, capellanus non ten[e]atur aliquid augmentare. In Septuagesima vero et Quadragesima et in Adventu Domini, non teneatur pro refectione ovorum aliquid dare. Post obitum autem nostri predicti abbatis, dictus capellanus procuret totam domum in duobus pulmentis videlicet in spinaciis et fresca cum pulvere piperis vel cicera et conventum honorifice in bonis piscibus de piperata et mesarios, sicut solet fieri in aliis aniversariis stabilitis, et det conventui terrones et pastinacis, et porros cum melle et avellanas cum constaneis. Abbas vero sive monachi s. Laurencii de Monte, cum hic fuerint, sicut nos quantum ad perceptione huiusmodi computentur. Abbas quoque sive monachi s. Cecilie, si tamen reverentiam debitam huic domui in impe[n]derint, non fiant a perceptione quam premisimus alieni. Item statuimus quod in dicto altari quolibet die missa beate virginis celebretur ocurrentibus in vigilia Natalis Domini qua celebretur de vigi-

lia et in die et in omnibus Domini de navitate. In die vero Circuncisionis de beata virgine, similiter in die Apparitionis et in omnibus recurrentibus de Apparitione et in festo Pasche et in sequenti ebdomada de Resurrectione. In die vero Assentionis de festo. Item in festo Pentecostes et omnibus occurrentibus de Sancto Spiritu. In die festi s. Cucuphatis de festo et in die Dedicacionis dicti altaris et omnibus occurrentibus de dedicatione. In die vero Omnium Sanctorum de festo et in crastina die de defunctis. Item dominica de Trinitate, celebretur de Trinitate. Item quandomcumque corpus presens alicuius fratris nostre congregationis fuerit, celebretur pro eodem deffuncto. Statuimus etiam quod de omni luminaria que venerit coram dicto altari in die Dedicacionis predictae, habeat dictus cappellanus duas partes et sacrista minor terciam partem. Preterea concedimus et confirmamus eidem altari omnia exchenia a quibuslibet partis oblata et oblationes misse eidem cappellani. Insuper laudamus et confirmamus dicto altari beate Marie et cappellanis deservientibus successive dicto altari cellarium, qui constructum est iuxta domos operis, cum omnibus in se habitantibus. Et quatuor libras cere dandas a camerario dicto altari pro honore quem emit Geraldus de Cercitolo, monachus s. Cucuphatis, apud Molletum et alias quatuor libras cere quas Berengarius de s. Oliva, olim abbas, assignavit dicto altari dandas a cappellano s. Iacobi pro honore quem emit apud Calderium. Et quatuor libras cere et oleum, quantum opus est ad unam lampadam ardentem coram dicto altari voce dieque. Que omnia R. de Fayone assignavit dicto altari super alodiis que emit pater ipsius Raimundi a domo de Villanova. Et duodecim denarios censuales quos Burgunionus et uxor eius avinent dederunt dicto altari, quos habebant super duabus peciis terre que sunt in Terratia, apud Mosterols. Et campum quem Berengarius Terrachone dedit dicto altari, qui est in parrochia s. Marie de Barberano. Item confirmamus dicto altari et capellanis qui pro tempore fuerint successive omnia eximentia honoro cum omnibus ad Deum pertinentibus et omnia que emptata sunt vel nomine dicti altaris vel donata sunt vel fuerint dicto altari. Item damus et concedimus capellanis deservientibus successive dicto altari omnia mobilia quecumque predecessor suis habuerit tempore mortis sue vel alias tempore remotionis, si remotus esset a suo maiori vel si per se, sine coactione dimiteret, ita quod abbas non possit aliquid habere vel retinere, sed sint dicti altaris et deservientium predicto altari. Confirmamus etiam eidem altari omnes honores tam illos quos pro nobis tenebat Berengarius Gomar quam quos pro alodio habebat et dicto altari dimisit prout in testamento ipsius Berengarii. Ex quorum fructibus una lampada die noctuque semper coram dicto altari ardeat. Et dictus capellanus in die obitus ipsius Berengarii singulis annis conventum procuret de ceblata cum caseo et fresa cum pulvere piperis, et de bonis piscibus, cum piperata et cuilibet monacho de tribus persicis optimis et de ficibus, si inveniantur; intelligatur tamen quod non tenentur dare de piscibus nisi conventui et tribus mandatis. Confirmamus etiam dicto altari et deservientibus eiusdem mansum de Cumbis, qui est in parrochia s. Stephani de Rippollete, ex cuius fructibus una lampada die noctuque coram ipso altari ardeat et una candela cotidie ad missam, et in noctibus duodecim predictorum festorum. Item confirmamus eidem altari mansum de Pereyo, qui est in parrochia s. Martini de Cerdayola, ex cuius fructibus et exitibus due candelae ardeant coram ipso altari singulis diebus assidue ad missam. Item confirmamus

predicto altari mansum de Casali de Podio, qui est in parrochia s. Cipriani de Aqualonga, ex cuius exitibus una lampada coram predicto altari die noctuque ardeat et una candeia ad missam. Confirmamus etiam campum qui emptus fuit a Berengario de Garriga Gomar iuxta ipsum mansum ex cuius fructibus una candela in noctibus predictorum xii. festivitatum ardeat. Confirmamus etiam eidem altari omnem donationem, quam Raimundus de Nogaria et uxor eius Blanca fecerunt dicto altari, scilicet de molendino et de domibus que sunt iuxta molendinum. Que omnia sunt in termino castri s. Olive, apud Palatium, ex cuius decimo molendini ardeat una candela singulis diebus ad missam. De illis vero supradictis octo libris cere quas assignavit Berengarius de s. Oliva qd. abbas et Geraldus de Cercitulo predicto altari debet facere capellanus eiusdem altaris duas candelas que cotidie ardeant ad missam.

Quod est actum viii.º kal. sept, a.º Incarnationis Domini millesimo CCXLII.º

Ss. Ego frater Petrus, Dei gracia s. Cucuphatis abbas, ss.; Ego frater Petrus de s. Vincentio, prior et sacrista s. Cueuphatis, ss.; Bernardus de Bedorco, monachus, ss.; Arnallus, monachus; Ego frater Raimundus Catelli, monachus et helemosinarius s. Cucuphatis, ss.; Arnallus de Camposcintillarum, monachus; Ego frater Arnaldus, monachus; Guillelmus de Rubi, monachus; Ego frater A. Catelli, monachus; S+m Berengarius de Fonte Amantio; Ego Bertrandus de Serriano, monachus, ss.; Ego frater A. de Ameniis, monachus, ss.; Ego frater Guillelmus, monachus; Ego frater Guillelmus, monachus; Ego frater Petrus Fructi, monachus; Ego frater Guillelmus de Calidis, monachus; Ego frater Guillelmus de Calidis, monachus; Ego frater Petrus Urgelli, monachus, ss.; Ego frater Guillelmus, monachus; Ego frater Berengarius de Bisulduno, monachus s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Poncius Gonter, monachus s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Guillelmus de Pulcravicino, monachus, ss.; Ego frater Bertolomeus de Rosanis, monachus s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Petrus de Serriano, monachus s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Berengarius Umberti, monachus, ss.; Ego frater Petrus de Turri, monachus, ss.; Ss. Berengarius, gracia Dei abbas s. Laurentii; Ego frater Raimundus de Campolongo, ss.; Ego frater Guillelmus Gonter, capellanus dicti altaris, ss.

S+m Guillelmi Perpiniani, qui hoc scripsit mandato Brengario de Turrello, publici s. Cucuphatis notarii Vallensis, die et anno quo prefixis.

S+m Berengarii, de Turello, presbiteri, publici notarii s. Cucuphatis Vallensis, qui hoc scribi fecit...

1374.

1243, julio 11.

Saurina de Santa Oliva y su esposo venden al abad del Monasterio el castillo de Santa Oliva con todas sus pertenencias, por dos mil maravedises.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 177-8 (n.º mcccxv).
A. C. A., Cart, f. 391, n.º 1143.

Sit omnibus notum quod ego domna Saurina, filia qd. Guillelmi de s. Oliva, et ego Guillelmus de Terratia, vir eius, vendimus per nos et nostros vobis dompno Petro, Dei gratia abbati cenabii s. Cucuphatis, et eidem cenobio in perpetuum, per proprium liberum et franchum alodium, castrum de s. Oliva,

cum suis terminis et tenedonibus et pertinentiis, quod per proprium librum et franchum alodium habemus ex successione predecessorum mei Saurine aut quibuslibet aliis modis. Hoc itaque castrum, cum suis terminis et tenedonibus, cultis et heremis, et hominibus et feminis, censibus, usaticis, serviciis, senioratico, toltis, forciis, questiis placitis, stachamentis, stabilimentis, homicidiis, cuchuciis, exorchiis, laxationibus, intestacionibus, invencionibus, iuvis, traginis, decimis, paleis, herbis, pasturis, ademprivis, montibus et planis et introitibus et exitibus horum et pertinentiis et omnibus ad hec pertinentibus et debentibus pertinere et cum omnibus locis, iuribus, vocibus et actionibus realibus et personalibus nobis in hiis vel pro hiis competentibus vel competituris, vendimus vobis dicto abbati et cenobio s. Cucuphatis in perpetuum per nos et omnes nostros successores. Et ut melius... nos extrahentes hec omnia et singula de nostro nostrorumque iure, dominio et posse eadem omnia in ius, dominium et posse vestri Petri, abbatis, et cenobii s. Cucuphatis transferimus irrevocabiliter. Inducentes nos dictum abbatem et conventum cenobii s. Cucuphatis in corporalem possessionem cum hoc publico instrumento perpetuo valituro, pleno iure tanquam in rem nostram propriam ad habendum et... Confitentes et vobis per firmam stipulationem promittentes quod de dicto castro vel de parte non fecimus alicui persone vendicionem, donationem, excomutacionem, sive alienacionem ne aliqua specialem obligacionem. Pro hac autem vendicione recepimus a vobis duo milia morabetinorum bonorum in auro novorum, curribilium, anfussinorum, rectorum, sine enganno, quos nos concedimus habuisse. Ne vero occasione vel accione duplicis decepcionis vel modiis aliis nos possimus vel possit aliqua persona nomine nostro unqua contra hanc vendicionem venire nec nos dictum abbatem vel conventum cenobii s. Cucuphatis unqua de non numerata peccunia convenire, renunciamus quantum ad hec per nos et nostros, scienter et consulte, dicti occasione et actioni et excepcioni peccunie non numerate et non traditi sive non ponderati auri et actioni recisorie et omni auxilio et beneficio legis gotice et usaticorum Barchinone, et generaliter omni iuri, tam promulgato, quam promulgando, dando, remitendo, et excerta sciencia perpetuo cedendo vobis dicto abbati et conventui s. Cucuphatis in perpetuo ad vestras voluntates libere fatiendas quantum et quicquid dictum castrum cum suis tenedonibus et pertinentiis plus modo valet aut a modo valuerit precio ante dicto. Demum promittimus vobis dicto abbati et conventui cenobii s. Cucuphatis a nobis legitime stipulantibus salvare semper totam dictam vendicionem et esse inde vobis et successoribus vestris legales garantentes auctores et deffensores et quod teneamur vobis et successoribus vestris semper de firma et legali eviccione. Itaque si questio aliqua unqua mota fuerit vobis vel successoribus vestris in dicto castro in totum, scilicet vel in partem statim promittimus pro vobis satisfacere et respondere et suscipere in nos honus litigii et agere etiam nostris propriis impensis a principio usque ad finem vel vos si volueritis, possitis etiam agere per vos metipsos, vobis tamen super hoc eleccione servata. Remitendo vobis ex pacto necessitatem denunciacionis. Et si vos aut vestri successores elegeritis causam agere sive tractare per vos ipsos promittimus vobis et successoribus [vestris] restituere expensas circa litem factas, et quantum a vobis vel vestris sit evictum, sive obtineatis in causam, sive sub cumbatis, cum toto interesse quod inde vobis aut successoribus evenerit. Sic quod de omnibus hiis et singulis credatur vobis et successoribus ves-

tris planis verbis absque placito et sacramento et sine testis vel testium productione ac sine aliqua calumpnia. Et pro hiis omnibus et singulis complendis et attendendis obligamus vobis et successoribus vestris nos et omnia bona nostra mobilia et immobilia in quibus melius accipere volueritis sine vestro dampno. Ne vero possimus alter pro altero ullo tempore in hiis que dicta sunt excusari vel differiri renuntiamus quantum ad hoc scienter et consulte novissime constitutioni et omni iuri rationi et consuetudini et specialiter ego Saurina renuntio quantum ad hec scienter et consulte meo sponsalicio et senatusconsulto Vellejani et iuri ypothecarum mearum ac omni iuri pro me facienti, cerciorata in quibus possunt mihi prodesse vel obesse iura quibus renuntio protestando quod a tempore quo nubi dicto Guillelmo de Terracia non feci ei donationem de dicto castro vel de parte nec illud castrum est res dotalis. Insuper ego Saurina et ego Guillelmus de Terracia iuramus in animabus nostris per Deum...

Actum est hoc vero idus iulii anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo tercio.

S+m Saurine filie quondam Guillelmi de S. Oliva predictae; S+m Guillelmi de Terracia mariti eius, nos qui predicta concedimus landamus firmamus et iuramus. Testes huius rei sunt: Bernardus de Muredine, Bernardus de Bayona. Petrus de Mirambello. Bernardus de Fonte Amantio. Berengarius, de s. Oliva. Guillelmus de Rochamura. Bertrandus de Valledaureix.

S+m Guillelmi de Montie Judaico; capellani de Terracia, qui vidit iurare et firmare Guillelmo de Terracia et uxori eius domne Saurine sine aliqua contradictione hanc cartam.

S+m Petri de Bages, notarii publici Barchinone.

1375.

1243, julio 12.

Guillermo de Tarrasa y su esposa Saurina prometen que harán firmar a su hijo Jaime, apenas llegue a los 14 años, la venta del castilla de Santa, Oliva.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 178 (n.º MCCXvi).
A. C. A., Cart, f. 392, n.º 1146.

Sit omnibus notum quod ego Guillelmus de Terracia, et uxor mea Saurina, uterque nostrum insolidum, convenimus et prometimus vobis domno Petro, Dei gratia abbati, et conventui s. Cucuphatis a nobis legitime stipulantibus, quod fatiemus a Jacobo filio nostro., qua hora velitis postquam excesserit etatem quatuordecimi annorum, firmari, laudari et aprobari vendicionem quam vobis fecimus super castro de S. Oliva et fatiemus ab eodem filio nostro diffiniri et evacuari quicquid iuris habemus vel debemus habere ratione patris et matris vel quibuslibet aliis modis in dicto castro vel in aliquid pertinere eidem, et fatiemus fieri bona fi de sine enganno a dicto filio nostro cum publico instrumento sacramento ipsius vallato. Obligantes vobis et successoribus vestris propter hoc et pro dampno et gravamine, si quid vobis vel vestris evenerit, nos et omnia bona nostra mobilia et immobilia in quibus melius accipere volueritis sine vestro dampno, sic quod nullo iure nulla causa nullaque racione possimus nos in hiis que dicta sunt defendere vel excusare. Sed ut hec que dicta sunt maiorem vobis obtineant firmitatem, iuramus vobis...

Actum est hoc iiii.º idus iulii, a.º Domini M.º cc.º XL tercio.

S + m Guillelmi de Terracia; S + m Saurine, uxoris eius nos, qui predicta concedimus firmamus et iuramus. Testes huius rei sunt; Bernardus de Muredine; Bernardus de Baiona; Petrus de Mirambello; Bernardus de Fonte Amanatio; Berengarius de s. Oliva; Guillelmus de Rocbamura; et Bertrandus de Valle daureix.

S + m Petri de Bages, notarii publici Barchin.

S + m Petri Vives, qui hoc scripsit, precepti P. de Bages, notarii publici Barch...

1376.

1243, julio 23.

El mismo matrimonio reconoce que en el castillo de Santa Oliva hay militares y hombres, y que van incluidos en la venta sobredicha.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 179 (n.º MCCXVII).

A. C. A., Cart, f. 392, n.º 1145.

Sit omnibus notum quod ego domna Saurina, filia qd. Guillelmi de S. Oliva et maritus meus Guillelmus de Terracia, confitemur et recognoscimus vobis Petro, Dei gratia abbati, et conventui cenobii S. Cucuphatis, quod in illa vendicione castri de S. Oliva cum suis terminis et tenedonibtis et pertinenciis intelliguntur esse milites eiusdem castri cum feudis, scilicet et aliis rebus, unde damus vobis super hoc totum nostrum locum, vocem et accionem et dominacionem et quecumque alia iura nos habemus vel debemus aut possumus habere in dictis militibus et in hominibus et feminis dicti castri. Dantes et concedentes vobis et successoribus vestris totum auxilium et quicquid aliud predicti milites et alii homines et femine debent et tenentur nobis facere, sicut melius nos et antecessores mei Saurine hec predicta tenuimus et habuimus, precipientes dictis militibus et aliis hominibus dicti castri de S. Oliva quod de hiis omnibus de cetero verbo respondeant in omnibus et per omnia, sicuti nobis tenebantur respondere; absolventes dictos milites et alios homines et feminas de toto hoc in quo nobis tenebantur, ita tamen quod illud totum vobis faciant et compleant sine aliqua contradiccione.

Actum est hoc kal. aug., a.º anno Domini MCCXL tercio.

S + m Saurine, filie quondam Guillelmi de S. Oliva; S + m Guillelmi de Terracia, mariti eius, nos qui predicta concedimus et firmamus. Testes huius rei sunt: Guillelmus de Turre; Guillelmus Vital et Amatus de Grua; S + m Guillelmi de Monteiudaico, capellani de Terratia. in cuius posse domna Saurina firmavit hanc cartam, testibus presentibus Berengario de Bayona et Raimundo de S. Felice et Berengario de Rubi;

S+m Petri de Bages, notarii publici Barchinone: S + m Petri Vives, qui hoc scripsit precepto Petri de Bages..

1377.

1243, agosto 8.

El rei Jaime recibe bajo su protección los castillos de Santa Oliva, de Calder y de Albiñana con todos los bienes del Monasterio.

EDIT.: Huici, *Col. Diplomática Jaime I*, n.º CCLVII.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 179 (n.º MCCXVIII).

A. C. A., *Cart.*, f. 396, n.º 1153.

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia, rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli, et dominus Montipessulani, recipimus in nostra custodia et guidatico speciali castrum de S. Olive et de Caldario et de Albiniana, cum omnibus terminis suis et universa alia bona monasterii S. Cucuphatis, ubique habita et habenda, et nullus audeat pedicta castra vel bona aliqua eiusdem monasterii invadere, capere, impedire, offendere vel pignorare aliqua culpa vel crimine abbatis dicti monasterii, nisi esset debitor vel fideiussor dictus abbas vel illi pro quibus ipse abbas satisfacere teneatur. Mandamus itaque vicariis Barchinone et Villefranche, curiis, baiuliis et nostris officialibus et subditis universis, quatinus predicta castra et bona eiusdem monasterii ubique manuteneant, custodiant et deffendant et non permitant ab aliquibus molestari, dicto abbate pro se et illis pro quibus satisfacere teneatur, fatiente iusticie complimentum super predictis cuilibet conquerenti. Quicumque autem...

Data Barchinone vi.º idus augusti, a.º Domini MCCºXL tercio.

Testes sunt: Guillelmus de Montecathano; Petrus de Montecathano; Jacobus de Cervaria et ego Guillelmus, scriba...

1378.

1243, septiembre 5.

Guillermo de Cervellón da al Monasterio todas las "albergas" y franquesas que posee en Santa Eulalia de Madrona, en Aqualonga y en San Pedro de Octaviano, a cambio de dos mil sueldos barceloneses.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 180 (n.º MCCXIX). — CARRERAS, *Notas Sarriá*, 23, 50, 68. A. C. A., *Cart.*, f. 423, n.º 1244.

Sit omnibus notum quod ego Guillelmus de Cervilione, sponte et mera liberalitate, dono tibi de presenti Domino Deo et cenobio S. Cucuphatis Vallensis et vobis Petro, Dei gracia abbati S. Cucuphatis et eidem cenobio in perpetuum, omnes albergas sive franchitudines quas ego habeo et predecessores mei consueverunt habere cum dicto monasterio in parrochiis S. Eulalie de Madrona et S. Cipriani de Aqualonga et S. Petri de Octaviarso + cenobio + S. Cucuphatis, scilicet a Colle de Madrona usque in murum S. Cucuphatis, et de riarria de Cercitulo usque ad riarriam de Rubi, in montibus et planis, per omnia loca, quas albergas et franchitudines dominus de Canalibus tenet per me; unde mando Aldalaydi de Canalibus et suis que eas albergas et franchitudines absolvo eandem Adalaidem et suos a dicto dominio, homagio et iure que in ea et suis

habeo. Salvo tamen mihi homagio, dominio et iure que in eadem Adalaide et suis habeo ratione aliarum possessionum quas per me tenet. Iam dictas itaque albergas et franchitudines, cum toto meo senioratico et cum omnibus meis locis iuribus vocibus et actionibus realibus et personalibus mihi in hiis vel pro hiis competentibus et competituris et cum introitibus et exitibus horum et omnibus ad hec pertinentibus et debentibus pertinere, dono de presenti et offero vobis dicto abbati et conventui cenobii s. Cucuphatis, sicut melius... Inducens vos dictum abbatem et conventum s. Cucuphatis cum hoc publico instrumento perpetuo valituro in corporalem possessoriem pleno iure tanquam in rem nostram propriam, ad habendum... promittentes vobis quod nunquam veniam contra. Et confiteor vobis dicto abbati quod de bonis dicti monasterii recepi a vobis duo milia solidos monete Barchinone, valente marchos argenti LXXXVIII solidos, de quibus, quia bene paccatus suin, renuntio exceptioni pecunie non numerate. Insuper vos datis mihi ipsos ducentos morabetinos quos Guillelmus de Cervilione, predecessor meus, dimisit in suo testamento dicto cenobio s. Cucuphatis cum suo corpore ibi sepeliendo. Et ne possim venire contra dicta vel aliqua de predictis renuntio scienter et consulte omni iuri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus. Set ut hec, que dicta sunt, maiori gaudeant firmitate, iuro vobis dicto abbati et conventui per Deum...

Actum est hoc nonas sept., a.º Domini MCCXLIII.º

S + m Guillelmi de Cervilione, qui predicta concedo et firmo et iuro.

Testes huius rey sunt: Petrus de Cleriana; G. de Fontibus et Bernardus de Fonte Amantio; S + m Petri de Bages, notarii publici Barchinone.

S + m Petri Vives, qui hoc scripsit precepto Petri de Bages, notarii publici Barchinone...

1379.

1243, septiembre 5.

Guillermo de Cervellón reconoce que las "questias" del castillo de Cervelló pertenecen al abad del Monasterio.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 180 (n.º MCCXX).

A. C. A., Cart.. f. 425, n.º 1249.

Sit omnibus notum quod ego Guillelmus de Cervilione cum testimonio presentis publici scripture, confiteor vobis Petro, Dei gracia abbati et conventui cenobii s. Cucuphatis, quod non habeo nec debeo habere questias in hominibus quos dictum monasterium s. Cucuphatis habet in terminio castri de Cervilione, et penitet me fecisse questias hominibus supradictis. Salvo tamen mihi et successoribus meis censuale quod mihi faciunt homines supradicti.

Actum est hoc nonas september, a.º Domini MCCXLIII.º

S + m Guillelmi de Cervilione, qui predicta concedo et confirmo. Testes huius rei sunt: Petrus de Cleriana; Guillelmus de Fontibus et Berengarius de Fonte Amantio; S + m Petri de Bages, notarii publici Barchinone.

S + m Petri Vives, qui hoc scripsit precepto Petri de Bages, notarii publici Barchinone, die et anno quo supra.

1380.

1243, diciembre 23.

Guillermo de Cervelló manda a Adelaide de Canals que respondan al abad del Monasterio de las "albergas" y franquezas que tenían por el sobredicho Guillermo.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 181 (n.º MCCXXI).

A. C. A., Cart., f. 425 v, n.º 1248.

Sit omnibus notum quod ego Guillelmus de Cervilione, cum testimonio huius publice scripture perpetuo valiture, mando et dico vobis domne Adalayi de Canalibus quod ab hac die in antea vos et successores vestri, unus post alium successive, respondeatis abbati et conventui cenobii s. Cucuphatis de omnibus ipsis albergis et franchitudinibus quas solebatis tenere per me et quas ego vendidi dicto abbati et conventui, sicut in carta venditionis a me facta plenius continetur et absolvo vos de presenti et successores vestros de toto homagio dominio et servitio in quibus mihi tenebamini pro dictis albergis et franchitudinibus, ita quod nunquam mihi vel successoribus meis teneamini vos vel successores vestri in aliquo respondere de dictis: albergis et franchitudinibus. Salvis tamen mihi et successoribus meis illo homagio et servitio debito quod vos et successores vestri mihi debetis facere pro aliis honoribus et possessionibus que per me tenetis.

Actum est hoc iii.º idus november, a.º Domini MCCXLIII.º

S + m Guillelmi de Cervilione, qui predicta concedo et firmo. Testes huius rei sunt: Petrus de Cleriana; G. de Fontibus; Iacobus de Podiolo, notarius.

S + m Petri de Bages, notarii publici Barchinone, qui hoc scribi fecit...

1381.

1243, diciembre 23.

Guillermo de Tarrasa y su mujer Saurina confirman al Monasterio la venta del castillo de Santa Oliva.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 181 (n.º MCCXXII).

A. C. A., Cart., f. 393, n.º 1148.

Notum sit omnibus quod ego Guillelmus de Terracia, et uxor mea Saurina, nos ambo in simul per nos et omnes nostros presentes atque futuros, cum hoc publico et semper valituro instrumento, laudamus, concedimus atque in perpetuo confirmamus, pure et sine omni retencione, vobis Petro, Dei gracia abbati s. Cucuphatis, et dicte domui et omni conventui eiusdem cenobii et omnibus sucesoribus suis, omnes illas vendiciones, integriter, quas condam vobis fecimus de castro de s. Oliva et suo termino; que omnia predicta et singula integriter vos et vestri et dictam domum s. Cucuphatis et suos successores habeatis teneatis... que omnia predicta instrumenta de presenti penitus vobis laudamus et confirmamus.

Actum est hoc x.º kal. ian., a.º Domini MCCXL.º tercio.

S + m Guillelmi de Terracia; S+m Saurine, uxoris eius, qui hec laudamus et firmamus; S + m Bn. de Bayona; S + m Raimundo de s. Felice; S + m Arnaldi de Albarico, testium.

S + m Bertrandi, acoliti, notarii publici Terracie...

1382.

1244, enero 28.

El abad Pedro establece que el que posea la prepositura del Penadés y otros honores que se citan, posea también unos molinos en Capellades y Claramunt, bajo ciertas obligaciones y cargas.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 174-5 (n.º MCCXI). — PERAY, *S. Cugat*, 130.
A. C. A., Cart., f. 423, n.º 1246.

[S]it omnibus notum quod nos frater Petrus, Dei gracia abbas s. Cucuphatis, una cum omni conventu nobis comisso, ad honorem Dei et beate Marie virginis ac almi patronis nostri s. Cucuphatis martiris omniumque Sanctorum, stabilimus in perpetuum quod ille qui tenuerit preposituram Penitensis et honores de Securo, quos nos Petrus emimus pro centum morabetinis, et honores quos Guillelmus de Crebeyno nostro cenobio dedit in Capelladis et Seguro et illud feudum, quod emimus de Guillelmo de Altafola in manso Petri Bazati et honores quos emimus de Raimundo de Claromonte pro centum octo morabetinis in Capelladis et termino de Claromonte, in diversis locis, et terciam partem unius molendini, quem emimus de Bernardo de Canalibus pro trecentis solidis in Capelladis et emptionem quam fecimus de Bernardo de Vilar pro trescentis solidis de manso Columbarii in termino de Apierola, procuret honorifice in die anniversariorum Bonifilii qd. de Gilida et Aalberti de Modia domum s. Cucuphatis, tamen ad prandium, exceptis de pane et vino et clericos s. Petri et mesarios, propter redemptionem animarum Bonifilii et Aalberti omnisque proieniei eorum et pro anima nostri Petri cunctarumque nostrarum congregationum omniumque fidelium defunctorum, et illa die conventus et clericis s. Petri celebrent missas in ecclesia s. Cucuphatis pro animabus Bonifilii et Aalberti suorumque parentum et nostra Petri fratremque nostrorum. Item stabilimus in perpetuum quod ille qui tenuerit dictam preposituram Penitensis et dictos honores donet semper annuatim in vigilia beate Marie februarii capellano altaris beate Marie novem quartanos boni olei et nitidi ad rectam mensuram Villefranche et tradat dictum oleum ipsi capellano intus in monasterio sine aliqua missione; et ille capellanus fatiat semper assidue die noctuque duas larapadas ardere coram altari s. Cucuphatis pro anima nostra Petri et animabus fratrum meorum et fidelium defunctorum. Hanc vero stabilitionem facimus omni tempore et quicumque abbas sit s. Cucuphatis faciat hec adimplere et attendere ut predicta sunt. Si vero hec non fecerit adimplere et attendere, sit ei sub periculo et condempnatione anime sue. Et si quis transgressor extiterit et non servaverit predicta et contravenire temptaverit, nil ei valeat, sed indignationem Dei et Virginis matris eius Marie ac s. Cucuphatis omniumque Sanctorum incurrat et cum diabolo et angelis eius sua anima in infernum perpetuo crucietur.

Actum est hoc v.º kal. feb., a.º Domini MCCXLIII.º

Ss. Ego frater Petrus, Dei gracia s. Cucuphatis abbas, ss.; et supradicta firmiter concedo et confirmo... Ego Petrus de s. Vincentio, prior et sacrista s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Raimundus Catelli, monachus helemosmarius s. Cucuphatis, ss.; Ego frater G. de Pulcrovicino, monachus, ss.; Ego frater Berengarius Umberti, monachus; Ego frater B. de Bisulduno, monachus s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Petrus de Serriano, s. Cucuphatis monachus, ss.; Ego frater Petrus Urgelli, monachus, ss.; Ego frater Arnaldus Catelli, monachus s. Cucuphatis, ss.; Ego Geraldus de s. Laurentio, ss.; Ego frater Arnaldus de Ameniis, monachus s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Petrus, monachus, s.; Ego frater Bertolomeus de Rosanis, s. Cucuphatis monachus, ss.; Ego frater Guillelmus de Calidis, monachus s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Guillelmus de Fonte Amantio, monachus, ss.; Ego frater Guillelmus Gonterii, cappellanus beate Marie, ss.

S + m Bernardi de Turello, presbiteri, notarii publici s. Cucuphatis Valensis, qui hoc scripsit...

1383.

1244, enero 28.

El abad Pedro establece que el que posea el castillo de Santa Oliva, entregue todos los años al capellán del altar de la Virgen, el día antes de la Candelaria, nueve medidas de aceite para que ardan día y noche dos lámparas. Además confirma la donación de un molino que Ramón de Noguera y su esposa hicieron a dicho altar.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 175-6 (n.º MCCXII),
A. C. A., Cart., f. 423 v, n.º 1245.

[S]it omnibus notum quod nos frater Petrus, Dei gracia s. Cucuphatis abbas, una cum conventu nobis comisso, stabilimus ad honorem Dei et beate Marie virginis in perpetuum quod abbas vel ille qui tenuerit castrum s. Olive donet et tradat semper annuatim in vigilia beate Marie de februaris capellano sive rectori altaris beate Marie constructi in nostro monasterio, novem quartanos boni oley et nitidi, ad rectam mensuram Villefranche; quod oleum tradat dicto capellano sive rectori sine aliqua missione intus in monasterio. Et ipse capellanus sive rector dicti altaris beate Marie faciat semper ardere die noctuque duas lampades coram dicto altari pro salute et redemptione anime nostre Petri et animarum cunctorum congregationum nostrarum omniumque fidelium defunctorum. Hanc autem stabilitionem, quicumque fuerit abbas nostri cenotii, faciat inviolabiliter observari ab illo qui tenuerit dictum castrum s. Olive, vel etiam si ipse tenuerit dictum castrum, observet et compleat; si vero non servaverit nec servare fecerit, sit ad periculum et ad condempnationem ipsius. Amen. Preterea confirmamus in perpetuum dicto altari donationem quam Raimundus de Noguera et uxor eius Blanca ipsi altari fecerunt de quodam molendino quod est in termino s. Olive in loco vocitato Palatio, sicut melius et plenius in instrumento donationis continetur. Confirmamus etiam in perpetuum dicto altari illas duas lampades que sunt assuete die noctuque coram ipso altari ardere... Si quis autem contra hec...

Actum est v.º kal. feb., a.º Domini MCCXL.º tercio.

Ss. Ego frater Petrus, Dei gracia s. Cucuphatis abbas, ss., et supradicta firmiter concedo et confirmo; Ego Petrus de s. Vincentio, prior et sacrista s. Cucuphatis, salvo iure sacristie in omnibus, ss.; Ego frater Raimundus Catelli, monachus helemosinarius s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Bernardus, monachus, ss.; Ego frater Guillelmus de Pulcrovicino, monachus s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Arnaldus Catelli, monachus s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Guillelmus, monachus sancti Cucuphatis; Ego frater Guillelmus de Calidis, monachus, ss.; Ego frater B. de Bisulduno, monachus s. Cucuphatis, ss.; Ego frater A. de Ameniis, monachus s. Cucuphatis, ss.; Ego frater Bartolomeus de Rosanis, s. Cucuphatis monachus, ss.; Ego frater Geraldus de s. Laurentio, ss.; ego frater Bertrandus de Villalibera, ss.; Ego frater Petrus de Serriano, s. Cucuphatis monachus, ss.; Ego frater Bernardus Umberti, monachus; Ego frater Petrus Urgelli, monachus, ss.; Ego frater Petrus, monachus, ss.; Arnallus, monachus; Ego Bertrandus de Serriano, monachus, ss.; Ego frater Guillelmus Gonterii, capellanus dicti altaris, ss.

S+m Bernardi de Turello, presbiteri, notarii publici s. Cucuphatis Valensis, qui hoc scripsit...

1384.

1244, febrero 23.

Convenio entre los señores de Tortosa y Bernardo de Noguera y el abad de San Cugat sobre el Mar Muerto y otros estanques de Tortosa.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 176 (n.º MCCXIII).

A. C. A., Cart., f. 426, n.º 1251.

In Dei nomine. Notum sit universis quod inter domnos Dertusenses, videlicet fratrem Bernardum de Altariba, preceptorem, et Guillelmum de Montecatano, ex una parte, et Bernardum de Nogera et domnum Petrum, abbatem et conventum S. Cucuphatis, ex altera, fuit compositum super stagno Maris Mortui et stagnis domnorum Dertusensium in hoc modum, videlicet quod de Mari Mortuo usque ad stagna domnorum Dertuse possint facere cives Dertuse cequiam vel cequies quotcumque voluerint et ille seque pischerentur et venentur quicumque voluerint de civibus Dertusensibus et de omnibus illis que in predictis cequiis pischentur et venentur, habeant domni Dertusensies medietatem none partis et aliam medietatem habeant predictus Bernardus de Nogera et abbas et conventus S. Cucuphatis. Salvis unicuique suis stagnis, de quibus habeat uniusque suam nonam partem, sine impedimento... alterius...

Quod est actum viii kalendas marcii, a.º Domini M.º cc.º XL.º tercio.

S+m fratris Berengarii de Altariba, preceptoris Dertuse; S+m Guillelmi de Montecatano; S+m fratris Bertrandi de Lunello, preceptoris Exiverti; S+m fratris Guilleimi Almoravit; S+m fratris Dalmacii de Fenicleario, preceptoris Motisoni; S+m fratris Dominici, preceptoris Azconi. Nos qui hoc laudamus...; S+m Bernardi de Nogera qui hoc laudo concedo et firmi; Ss. ego frater Petrus, Dei gracia S. Cucuphatis abbas, ss.; Arnallus, monachus; ego frater Bernardus Umberti, monachus; S+m Berengarii de Tornamira, militis;

S + m Raimundi de Conillis, militis; S+m Petri de Gentellis; S + m Bernardi Girberti; S + m Thome Garidelli; S + m Raimundi hominis Dei; S + m Bernardi Tolsani; S+m Bernardi de Barchinona; S+m Mathei Thome; S+m Nicholai Maleserbes; S+m Raimundi de Fauceto; S+m Arnadi Mercerii; qui huins rei testes sunt.

S+m Petri de Tamarito, notarii publici Dertuse, qui hoc scripsit...

1385.

1244, febrero 23.

Ramén de Barberá, árbitro en la causa que vertía entre el obispo y capitulo de Tortosa de una parte, y el Monasterio de otra, sobre los diezmos de la Rápida, atribuyó una tercera parte a Tortosa y las otras dos terceras partes al cenobio.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 177 (n.º MCCXIV).
A. C. A., Cart., f. 425 v, n.º 1250.

Causa vertebatur inter venerabilem patrem Poncium, episcopum, et capitulum Dertusense, ex una parte, et Petrum, abbatem et monasterium S. Cucuphatis, ex altera super decimis et ecclesiis castri de Rapita et terminis suis; petebant siquidem episcopus dictus, et capitulum Dertusense omnes decimas et ecclesias dicti castri eo quod sit situm in sua diocesis et sic de iure communi dicebant decimas dicti castri et ecclesias ad Dertusense ecclesiam de iure spectare. Abbas vero dicebat quod licet dictum castrum esset in Dertusensi diocesi situm, nichilominus ad monasterium suum duabus rationibus decime dicti castri et ecclesie pertinebant. Primo ex donationibus quas fecerunt illustres Raimundus Berengarii et Raimundus, comites Barchinonensis, de dicto castro et de ecclesiis et decimis ipsius monasterio S. Cucuphatis; secundo ex privilegiis Romanorum pontificum, in quibus ecclesie dicti loci cum decimis et primiciis conceduntur monasterio antedicto et sic intencionem suam fundare predictis rationibus nitebatur. Tandem episcopus et capitulum Dertusenses et abbas et conventus monasterii S. Cucuphatis ne vexarent se ipsos laboribus et expreis compromiserunt sub pena C. aureorum hinc inde per firmam stipulationem promissa stare arbitrio Raimundo de Barberano, camerarii Terrachone, vero quicquid super premissis ipse diceret, iure laude sive consilio ratum et firmum ab utraque parte perpetuo haberetur; et pars que non acquiesceret ipsius arbitrio, solveret parti acquiescenti penam superius pretaxatam, et nichilominus eius arbitrium remaneret in sui roboris firmitate et pro dicta pena pignora posuerunt. Nos igitur Raimundus de Barberano, camerarius Terrachone, auditis rationibus utriusque partis de voluntate venerabilis patris P., Dei gracia Terrachone archiepiscopi, et etiam de voluntate partium dicimus quod episcopus et ecclesia Dertusenses habeant et percipiant perpetuo *terciam* partem decimarum ipsius castri, et abbas et monasterium S. Cucuphatis percipiant et habeant duas perpetuo partes pacifice et quiete. Item dicimus quod si abbas et monasterium S. Cucuphatis in predicto castro aliquas possessiones proprii sumptibus excoluerint, de ipsiis possessionibus nichil habet episcopus vel ecclesia Dertusensis nec etiam de priorum ipsorum animalium instrumentis.

De ecclesiis autem que in termino ipsius castri constructe fuerint, dicimus quod abbas et monasterium habeant ius patronatus in ipsis et episcopus et ecclesia Dertusenses habeant iura episcopalia in eisdem.

Latam arbitrium VIII Kalendas marcii a.º Domini M.º CC.º quadragesimo tercio et in continuo partes supra dictum arbitrium apropbarunt.

Ego Raimundus de Barberano, camerarius Tarrachone Ss.; S+m Guillelmi prioris; ego Berengarius, Dertusensis archidiaconus, ss.; ego Dominicus, prior claustralis, s s. S+m Guillelmi Descap, canonici; S+m Petri de Pocho, hospitalarii; S+m Berengarii de Fonolaro, precentoris Dertuse; S+m Guillelmi de Tamarito, canonici; S+m Arnaldi, Dertusensis sacriste, s s; ego frater Petrus, Dei gracia s. Cucuphatis abbas, s s.; Arnallus, monachus; ego frater Bernardus Umberti, monachus S. Cucuphatis s s.

Ego Michael de Alchoario, subdiachonus, scriptor domni archiepiscopi supradicti mandato Raimundi de Barberano, camerarii memorati, hoc...

Ego Berengarius Beteti hoc scripsi mandato Michaelis, scriptoris predicti...

1386.

1246, marzo 11.

Transacción firmada por el abad Pedro y Sancha, viuda de Bernardo de Riu-sech, sobre una cláusula mal consignada en el testamento de dicho Bernardo.

RBGESTA: MAS, *Notes*, vi, 181-2 (n.º MCCXXIII).

A, C. A., Cart., f. 416v, n.º 1219.

Cum fuisset contencio inter domnum Petrum, abbatem S. Cucuphatis, ex una parte, et domnam Sanciam, uxorem plim Bernardi de Rivosicco et filium eius Berengarii, ex altera super eo quod dictus abbas dicebat quod Bernardus de Rivosicco iniuratis fuerat domui S. Cucuphatis, quia dimiserat dicto filio suo Berengario in suo testamento domum de Rivosicco pro alodio, quia non debuerat dicere pro alodio. Tandem ad firmam transaccionem et compositionem taliter devenerunt, scilicet quod illud verbum pro alodio extrahatur de testamento dicti Bernardi de Rivosicco et abradatur, ita quod: non contineatur in dicto testamento in aliquo loco dictum verbum pro alodio post laxacionem dicte domus factam dicto Berengario et quod dictus Berengarius faciat cum instrumento publico talem recognicionem abbati et domui S. Cucuphatis cum voluntate et assensu dicte Sancie matris sue et manumissorum testamenti dicti Bernardi, et Bernardus de Rivosicco, pater istius Berengarii abbati et domui S. Cucuphatis super feudo et alberga domus de Rivosicco et omnibus aliis que continentur in instrumentis duobus inde confectis ab eisdem. Ad hec nos Petrus, Dai gracia S. Cucuphatis abbas, et ego Sancia et filius meus Berengarius de Rivosicco, laudamus et confirmamus predictam transaccionem et compositionem esse tenendam et perpetuo valituram. Et ad maiorem cautelam ego Berengarius de Rivosicco iuro....

Actum est hoc quinto idus marcii, a.º Domini M.º CC.º XL.º primo.

S s. ego frater Petrus, Dei gracia S. Cucuphatis abbas s s.; S+m Berengarii de Rivosicco, qui hec laudo iuro et firmo; S+m domne Saucie, matris

eius, que hec laudo et firmo; S+m Guillelmi, presbiteri, clerici S. Quirici, in cuius posse Sancia, uxor qd. Bernardi de Rivosicco firmavit hanc cartam, Testes sunt huius rei: Berengarii de Fonte Amancio, Petrus de Mirabello, F. de Mirabello, Bertrandus de Valdaurexis et P. de Vulpeyeriis.

S+m Jacobi de Portu, publici Barchinone notarii...

1387.

1248, noviembre 9.

Ramón de Vernet y su hijo, en virtud de una sentencia arbitral definen las cuestiones que sobre el castillo de Santa Oliva tenían con el abad del Monasterio, recibiendo de éste 1.200 sueldos barceloneses.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 350-1; *Notes*, vi, 182 (n.º MCCXXIV).

A. C. A., Cart., f. 109, n.º 3722.

Cum fuisset contentio inter domnum Petrum, Dei gratia abbatem s. Cuphatis Vallensis, ex una parte, et Raymundum de Verneto, filium Arnaldi de Verneto, ex altera, super eo, quad Raimundus de Verneto petebat castlaniam in castro de s. Oliva, et ortos et staticam in dicto castro et vallensam atque guerram de ipso castro et comandam ipsius castri et multa alia in dicto castro petebat, et domum que est iuxta ecclesiam, que omnia continentur in convenientia que facta fuit inter Petrum de s. Oliva et Petrum de Bagnariis et Bernardum de Bagnariis, fratrem eius, sub Kalendaria VI.º idus ianuarii, anno XXX.º VII.º regn. regis Ledoye iunioris. Et ideo Raimundus de Verneto dicebat habere in dicto castro de s. Oliva ratione donationis patris sui A[rnaldi] de Verneto et ratione instrumenti supradicti. Que omnia supradictus abbas negavit affirmans quod si, aliquid ius ipse A[rnaldus] habuisset in dicto castro, ante donationem factam Raimundo de Verneto. A[rnaldus] de Verneto, pater eius, vendidit Guillelmo de s. Oliva. Hiis itaque gestis in posse domni A[rnaldi] de Valle Forte, sacriste Tarrachonen, et Raimundi de Ruppe, taliter devenerunt, ut ipsi arbitrarentur super predictis, sub pena centum aureorum ab utraque parte dictis arbitratoribus promissa, qui hoc modo arbitrati fuerint, ut Raymundus de Verneto solvat atque diffiniat omnia supra dicta et totum ius et donationem quod habebat in dicto castro vel habere debebat, predicto abbati et suis successoribus et etiam teneatur de evictione et de legali guarentia, et quod Arnaldus de Verneto et Poncius, eius filius, diffiniant totum ius et rationes, si quas habent vel habere debent, in dicto castro, et in suis pertinentiis. Et quod dictus abbas donet pro hac diffinitione Raymundo de Verneto mille et cc. solidos istius presentis, monete Barchinonen. Ad hec ego Raimundus de Verneto, de voluntate patris mei, A[rnaldi] de Verneto, habens ratum et firmum predictum arbitratum, solvo, diffirmo, dono atque inperpetuum remito dicto domino abbati et successoribus eius omnes supradictas demandas et totum ius et actiones et voces reales et personales, si quas habeo vel habiturus sum in dicto vel in suis pertinentiis. Constituendo vos dominum et procuratorem tamquam in rem propriam vestram, reddendo etiam vobis predictam cartam de qua superius facta est mentio, promittens etiam quod si aliquis evincat

a vobis aliqua de predictis, totum restituam vobis et successoribus vestris sine aliqua dilatione. Et pro hiis attendendis obligo me et omnia bona mea vobis et successoribus vestris. Preterea confiteor et recognosco vobis quod sum maior viginti quinque annis, et idea ex certa scientia renuntio exceptioni mirioris etatis et omni alii auxilio et beneficio divino et humano. Et pro hac diffinitione dico et confiteor me recepisse a vobis, domino abbate s. Cucuphatis Vallensis, numerando manibus meis prefatos mille et ducentos solidos, renuntiando omni exceptioni non numerate pecunie. Et ad maiorem firmitatem, nos Arnaldus de Verneto et Poncius, filius meus, laudamus et confirmamus predictum arbitratum in omnibus, et preterea solvimus et diffinimus vobis, domino abbati, et successoribus vestris omnes predictas demandas et totum ius, actiones, rationes, si quas habemus vel habere debemus, in predicto castro vel in suis pertinentiis. Insuper recognosco ego, Arnaldus de Verneto, quod de consilio et voluntate mea, dictus Raimundus de Verneto, filius meus, me presente et iubente, fecit vobis... dictam diffinitionem...

Actum est hoc V.º idus novembris, a.º Domini M.º CC.º XL.º VIII.º

S+m Raimundi de Verneto; S+m A[rnaldi] de Verneto; S + m Poncii de Verneto, nos omnes predicti qui predicta laudamus, firmamus atque in omnibus confirmamus. Testes huius rey sunt: G. de Manso Ovium; et Poncius de Valle Forte; F. de Villafrancha; P. de Villafrancha, et Ermengandus de Cleriana; A. de Melione; Berengarius de Aielione, et Fruntinus de Palatio.

Guillelmus de Monechera, notarius, qui hoc scripsit precepto Bertrandi de Castelleto, clerici Villefranche ss.

1388.

1249, julio 6.

Berenguer de Olzet reconoce al Abad de San Cugat que las dos casas de campo, que compró a la viuda de Pedro Claramunt, son alodio del Monasterio.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 182-3 (n.º MCCXXV).

A. C. A., Cart., f. 426^ n.º 1253.

Sit omnibus notum quod ego Berengarius de Olzeto, Mayoricen, canonicus, scienter et consulte et ex certa scientia concedo et recognosco vobis dompno Petro, Dei gratia abbati s. Cucuphatis et toti conventui eiusdem quod illi duo mansi cum eorum pertinentiis quos R. Bocherius per alodium emit a domna Adalayde uxore qd. Petri, de Claromonte et a R.º de Claromonte, filio eiusdem, cum carta publica quam R. de Mirambello notarius Barchinon. scribi fecit octavo idus marcii, a.º Domini M CC XXII.⁰ et quos duos mansos ego teneo et possideo ratione venditionis, solutionis et diffinitionis quam dictus R. Bochenus fecit de predictis Ferrario de Olzeto, fratri meo, cum publico instrumento quod Petrus de Bages, notarius Barchinon. scribi fecit V.º Kal. apr., aº Domini MCCXXXIIIº sunt et debent esse alodium predicti cenobii s. Cucuphatis et ego concedo me ipsos cum pertinentiis suis tenere ad feudum perpetuum pro vobis dompno abbate et pro vestro cenobio ante dicto: qui duo mansi sunt de feudo quod domnus de Canalibus consuevit olim tenere pro cenobio s. Cu-

cuphatis promittens vobis per me et successores meos quod ego et dicti sucesores mei faciamus perpetuo vobis et dicto cenobio servitium dicti feudi secundum valorem eiusdem et secundum partem quam teneo de predicto feudo, qui duo mansi sunt in territorio Barchinone, in parrochia s. Johannis de Pinu, non multum longe a flumine Lupricati. De quibus duobus mansis unum tenent heredes Bernardi Alamagni, sicut terminatur et fexuriatur: ab oriente in alodio s. Marie Montiserrati, a meridie in alodio s. Petri Castriserris, ab occiduo in flumine Lupricati, a circro in alodio s. Ruphi. De alio vero manso modo facti sunt duo mansi, quos per me tenent Bartholomeus Mir Petri, Johannes de Olivaria et predicti heredes Bernardi Alamagni, prout terminatur: ab oriente in manso s. Jacobi, a meridie in alodio primiicherii Barchinon., ab occiduo in alodio domus infirmorum et Guillelmi de Fenicleario, a circi in alodio de Podio Nauderio et sicut dictum est de dictis duobus mansis modo facti, sunt tres mansi, quos dictos tres mansos cum eorum pertinentiis universis et cum decima et aliis accidentiis simul cum hominibus et feminis et omnibus aliis ad ipsos mansos pertinentibus et pertinere debentibus concedo me ad feudum pro vobis tenere et pro vestro cenobio antedicto, et successores mei post me semper teneant eosdem et possideant pro feudo vestro et dicti cenobii prout superius dictum est, et faciant inde vobis servitium secundum valorem dicti feudi, ut superius est expressum, licet dicti mansi venditi fuerint per alodium dicto Raymundo Bocherio et per eum dicto Ferrario de Olzeto, fratri meo, aprobando in omnibus sententiam in qua Guillelmus Poncii adiudicavit dominium dictorum duorum mansorum vestro cenobio sepedicto. Astringo etiam me vobis et vestro cenobio in hoc quod ego vel successores mei non possumus dictos mansos unquam transferre vel alienare in aliquem locum religiosum, clericum vel militem aut filium militis ymo ipsos relinquam tali persone que vobis et dicto cenobio fatiat sine obstaculo et contradictione servitium supradictum. Nos itaque Petrus, Dei gratia abbas s. Cucuphatis et conventus eiusdem nobis commissus per nos et successores nostros laudamus, concedimus et confirmamus tibi dicto Berengario de Olzeto et successoribus tuis in perpetuum predictos duos mansos ad feudum secundum formam superius comprehensam, ita quod tu vel successores tui non possitis eos dare, vendere, legare vel aliquo modo alienare alicui loco religioso, clerico, militi, vel filio militis secundum quod superius dictum est.

Actum est hoc ii. nonas iulii, a.^o Domini MCCXLIX.

S+m Berengarii de Olzeto Mayoricensis canonici; + Ego frater Petrus Dei gratia s. Cucuphatis abbas subscribo; Ego fr. Petrus de s. Vincentio, prior et sacrista s. Cucuphatis, ss.; ego fr. Bn. Umberti, monachus s. Cucuphati, ss.; Ego fr. Guillelmus de Olorda, monachus s. Cucuphati, ss.; Ego fr. Geraldus de Castlarino, s. Cucuphati monachus, ss.

Testes huius rey sunt: Ferrarius Geraldus, Petrus Vives, et Guillelmus Draper.

S + m Petri Marchesii, publici Barchinonen, notarii, qui hec scribi fecit et clausit...

1389.

1249, julio 7.

Ramón de Vernet confiesa haber recibido del Abad del Monasterio los 1.200 sueldas que se le debían por la transacción firmada el 9 de noviembre del año anterior.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 330-1; *Notes*, vi, 184 (n.º MCCXXVII).

A. C. A., Cart, f. no, n.º 372³.

Sit omnibus notum quod ego Raimundus de Verneto, confiteor et recognosco vobis domino Petro, abbati s. Cucuphatis Vallensis et conventui eiusdem monasterii, me habuisse et recepisse a vobis, manibus meis propriis numerando, MCC. solidos Barch., quos vos dominus abbas mihi debebatis ratione transactionis sive pause que fuit facta inter nos super petitione cuiusdam castlanie de s. Oliva, quam petebam a vobis in predicto castro s. Olive. De quitus MCC. solidis confiteor vobis me esse bene paccatum ad voluntatem meam, renuntiando omni exceptioni non numerate pecunie, faciendo etiam vobis et vestris finem et pactum de non petendo, ponendo etiam mihi et meis silentium perpetuum super petitione eorumdem, ut melius dici... potest...

Actum est hoc nonas iulii, a.º Domini MCCXLIX.

S+m Raimundi de Verneto, qui hoc concedo et firmo. Testes huius rey sunt: P. de Turri, prior s. Olive; Durandus de s. Sebastiano; G. de Saltellis et G. Ricart de s. Oliva.

Guillelmus de Monechera, notarius, qui hoc confirmat, ss.

S+m Ferrarii Olivarii, qui hoc scripsit mandato Bertrandi de Castelleto, clerici Villafranche et Guillelmi de Monechera, notarius eius.

1390.

1249, julio 7.

Arnaldo de Vernet da a su hijo Ramón el derecho que tiene a la castellanía de Santa Oliva.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 183-4 (n.º MCCXXVI).

A. C. A., Carf., f. 426, n.º 1252.

[S]it omnibus notum quod ego Arnaldus de Verneto per me et meos, titulo perfecte donationis facta irrevocabiliter inter vivos, dono et concedo tibi Raimundo de Verneto, filio meo et tuis, vel cui volueris omni tempore, totum ius meum, locum, voces, actiones quod vel quas habeo vel habere debeo in castlania de S. Oliva que fuit de genere Poncii Petri de Bagnariis nec mihi et meis pertinet vel pertinere debet aliquo iure vel racione. Predicta omnia tibi et tuis vel cui volueris omni tempore dono et concedo, sine ulla retentione mea; extrahendo ea omnia de meo meorumque iure, posse ac dominio et in tuum tuorumque ius, posse ac dominium ea omnia trado, transfero et transmito et in illius corporalem illius possessionem te introduco et mitto cum hoc publico instrumento perpetuo valituro, ad omnes tuas...

Instituendo etiam te specialem procuratorem tamquam in rem tuam propriam a me tibi desuper concessam et condonatum.

Actum est hoc nonas iulii, a.º Domini M.º CC.º XL.º IX.º.

S+m Arnaldi de Verneto predicti, qui predicta omnia et singula laudo concedo et firmo ut superius dictum est. Testes huius rei sunt: S. de Saltellis; A. de Albareda; Hugetus de Modia; G. Coltellarii et Arnaldus. Ferrandelli; Guillelmus de Monechera, notarii, qui hoc confirmant s s.

S+m Ferrarii Olivarii, qui hoc scripsit mandato Bertrandi de Castelleto, clerici Villefranche, et Guillelmi de Motiechera, notarii eius.

1391.

Testamento de Guilia, esposa de Guillermo.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 208» (n.º MCCLXii).

A, C. A., Cart., f. 72, n.º 281.

In Christi nomine. Ego Guilia iaseo in egritudine, spero in misericordia Dei et dico pro anima mea et rogo mei helemosinarii, id est, Arnalli Mirone et Guillelmi Gaudalli, precor vos ut si mor[s] mihi advenerit antequam alium testamentum faciaim, istum maneat firmum. In primis concedo de nostro mobile, ipsa mea tercia parte pro anima mea; et de ipso mobile sic concedo ipsa medietate in firmitate monachorum de s. Cucuphati per missas; ad canonoice s. Crucis sancteque Eulalie mancosos V per misses infra s. Vincentii, et Isarn, presbitero, mancosos viii et concedo ad s. Cucuphati cenobii semodiata i de terra ad Archanova, in eo conventu, ut teneat viro meo Guillelm cum filio meo Bernard in vita illorum, et per unicuique anno, intrante quadragesima, donent ad s. Cucuphahi quartera una de oleo; post obitum illorum remaneat iam dicta terra a proprio de s. Cucuphati. Alium +qui remanet+ de mea tercia parte, sic concedo pro anima mea per misses et in elemosina vel in quem melius videritis. Et alium alaude quod habeo in Archanova sic concedo ut teneat viro meo in vita sua et post sui obitu remaneat ad filio meo Bernad. Et ipso meo directo de ipsas plantes vel comparaciones quod habeo in Torrodela, sic concedo ad viro meo Guillelmo ut teneat et habeat in vita sua, et post suo obitu remaneat ad filio suo Reimon. Et ipsa mea comparacione quam feci ad Erapruniano, concedo ad viro meo; post suo obiitu remaneat ad filia mea Agnes. Et si mei infantes qualecumque obierint sine infante de legitimo coniugeo, remaneat sua hereditate ad illos qui vivus fuerint. Et concedo pro anima mea sarracina i per misses et in elemoisina.

Actum est hoc iii non. decemb. a. (*en blanco*).

S + m Guilia, ego qui istum testamentum scribere iussi, firmavi firmarique rogavi; S+m Poncii; S + m Raimon Guillelm.